

II 3576


n. 2,775.

n. M II 354
6

4
6

11





Typographus Lectori Beneuolo.

ECce tibi, Beneuole Lector, iteratam Aurifodi-
na R. P. Hieremiæ Drexelij Soc. IESV edi-
tionem: libri editi quidem non ita pridem in Bana-
ria & Belgio; sic tamen; ut eum recudi suaserit bo-
ni communis amor, atque adeo tui. Etsi enim isti-
usmodi erat, qui auidis passim studiose Iuuentutis
facultatum omnium, tum etiam doctorum viro-
rum manibus exciperetur; expeteretur etiam à
pluribus; pretij tamen magnitudo obstare visa est
multorum votis. Horum itaque ut commodis con-
sulcum iremus, ad typos hosce alteros reuocauimus
librum, quem impensis ad tuos usus minoribus re-
cusum damus; quippè cuius iam pretium inte-
grum, mediâ prioris Antuerpiensis parte nihilo fu-
urum sit maius. Tantum erat, Lector quod scire
re uolui. Studium hoc nostrum boni consule, atque
operâ fruere.





SERENISSIMIS

Vtriusque Bauariæ Principibus

FRATRIBVS

IOANNI FRANCISCO
CAROLO,

MAXIMILIANO HENRICO,

ALBERTO SIGISMUNDO,

Serenissimorum Ducum

ALBERTI Filijs,

GVILIELMI Nepotibus,

ALBERTI Pronepotibus, &c.

Comitibus Palatinis Rheni,

Dominis meis Clementissimis.



Non aurum, Principes Serenissimi, sed ipsam offero Aurifodinam. Significatu nō inerudito Musas in montibus habitare fingebant prisca. Reuerà montes habitant, nec steriles illos, sed auri argentiq; feracissimos. Atque hic illud Cassiodori verissimum censeam: Aurum, inquit, per bella quærere, nefas est; per maria, periculum; per falsitates, opprobrium; in suâ

2 2

verò

fodi-
edi-
ana-
it bo-
isti-
tutis
viro-
am à
isa est
con-
imus
us re-
inte-
lo fu-
d scire
atque

E P I S T O L A

verò naturà, lucrum. Nam metallarij sine fur-
 ro diuitias rapiunt, optatis thesauris sine in-
 uidiâ perfruuntur, & soli sunt hominum, qui
 absque vlla nundinatione, pretia videantur
 acquirere. Quâ in re Terra, mater benigna,
 regnis quibusdam plurimum fauit. Est qui in
 vnâ Hispaniâ (nisi memoriâ me fallit) quin-
 gentas aliquando aurifodinas numeratas as-
 serat. Certè ad Carthaginem Nouam, urbem
 hanc vnicam, quod Polybius affirmat, qua-
 draginta millia hominum assiduè in opere
 metallico versabantur. Hinc illa ipsa ciuitas
 Carthago in singulos anni dies, eodem Po-
 lybio teste, Romanis annumerauit viginti
 quinque millia drachmarum. Asturia, Gal-
 læcia, Lusitania quot annis populo Romano
 vicena millia pondo auri in tributum pensita-
 runt.

a Drachma vna, zween Bazen/ oder acht
 Creuber. Has ergo tot drachmas, si per trecentos
 sexaginta quinque dies, quibus constat an-
 nus, multiplices, inuenies pondus illud argenti fu-
 isse drachmarum nouies decies centena centum
 viginti quinque millia. Quas si per sex millia di-
 uiseris, efficies talenta Attica mille quingenta
 cum quinque sextis talenti partibus. Talentum
 Atticum vnum habet 60. libras seu 600. aureos,
 aut philippeos, Philippus 20. Bazen/ seu vi-
 foriatos continet.

D E D I C A T O R I A

vunt. *a* Si in vnam pecuniæ summam contrahamus id quod Romani è fodinis Hispanicis in annos singulos eruebant, reperiemus talenta argenti Attica septem millia, centum & duodecim. Atqui è diuinis litteris constat Salomonis classem ex Ophir attulisse auri talenta quadringenta & quinquaginta, *b* præter gemmas, argentum, aliasque merces pretiosissimas. Quot jam in Gallijs, Norico, Salsis, Illyrico, Pannoniâ, Thraciâ, Macedoniâ, Proconneso aurifodinæ maximas opes obtulerunt fodientibus? Ita tot retrò sæculis grandes thesauri è fodinis eruti. Certè Henricus Thuringiæ Landtgravius circa annum Christianum millesimum ducentesium vicesimum septimum è fodinis metallicis eam vim argenti & auri comparasse fertur, vt Bohemiam omnem inaurare ac mercari potuisset. Nec defuerunt splendidissima tantarum opum testimonia. Nam Northusiæ Henricus, Troiæ ludos & decursiones equestres celebravit, ijs qui hastilia fregissent, immoti tamen

a 3

tamen

a Libra seu pondo 2000. auri, sunt pondo argenti ducenta quadraginta millia (quanta scilicet esse solet auri ad argentum analogia) Atticorum verò talentorum sunt quadraginta tria millia & ducenta.

b Hæc conficiunt talenta argenti Attica decena millia octingenta.

E P I S T O L A

tamen in equis per se discent, sellam singulis argenteam; ei qui Antagonistam ephippio emolitus in terram deiecisset, auream in præmium proposuit. *a* Tanta ævo illo ex aurifodinis eruebatur opulentia. Hæc tamen quantumque non satiat, imò nec mitigat, sed accendit potius & irritat auri famem.

Ego hîc Sermi. Principes, Aurifodinam monstro feliciorum, quæ numquam non respondeat labori. Hîc assidue fodit, quisquis proficere in litteris serio cupit. Hîc virgulæ diuinæ *b* loco est *Industria*. Librorum multitudo non parit scientiam, sæpè etiam impedit. Ptolemæus Philadelphus rex Ægypti, in Alexandrinam bibliothecam quadraginta millia selectissimorum voluminum congregavit. Q. Serenus Sammonicus Gordiani Cæsaris Iunioris præceptor, amplioris quam Philadelphus curæ, & ingentis viri doctrinæ, sexaginta duo millia librorum aceruavit, quos discipulo suo Gordiano moriens legavit. *c* Hos omnes tot libros euoluisse, & inde sibi nihil subnotasse, est pænè omnia folijs, arenæ, ventis inscripsisse. Multam excerpisse, etsi non è multis, hoc eruditionis aurum colligit. Neque hoc tantum studiolarum paupertati suadendū: Principibus etiam atque Regibus, & quibuscumque de-

mum

a Misnense Chronicon. *b* Goldruethen.

c Spartianus, & Macrobius l. 3. Satur.

D E D I C A T O R I A

mum altis fastigijs hoc operæ genus, *Anno-*
tare & Excerptare, sedulò ingerendum, Nimirū
 visa, audita, lecta; jubenda, jam iussa, aliaque
 annotatu digniora in suas quæque capedun-
 culas referenda. Quod à magnis Principi-
 bus eò factitatum constat, ne quid me-
 moriam posset subterfugere, quod profu-
 turum videretur meminisse. Hinc Iulij Cæ-
 saris commentarij, Iuliani Misopogon, epi-
 stolæ, Symposium, Solis encomia, &c. Hinc
 Iustiniani Pandectæ ac Codex, hinc Codex
 Theodosianus. Certè Theodosius Impera-
 tor characteres tam eleganter formavit ut
 inde Calligraphi nomen acceperit. Cūque
 diem militaribus aut ciuilibus occupatio-
 nibus daret, maximam noctis partem le-
 ctioni ac scriptioni seposuit. Quin & cande-
 labrum sibi tam affabrè strui curauit, ut il-
 lud suo se artificio sponte moueret, alerèrque,
 & oleum sibimet affunderet, ne vel Cæsa-
 ris lucubratio interpellaretur, vel ministri
 cum vigilante vigiles esse cogerentur. Ita
 & Imperatores Augustissimi studiosam le-
 ctionem *Excerptare* distinxerunt.

Reuerà nolle quidquam annotare, est præ-
 nē omnia velle negligere, aut omnem expe-
 rientiaē quotidianæ scriem infidæ memoriaē
 committere.


In eum finem hanc Aurifodinam cen sui
 patefaciendam, quam Serenitatibus VVV.
sub-

EPIST. DEDICAT.

Submississimâ veneratione lubēs meritò dico
consecroque, vt ea sub Serenissimi nominis
Vestri tutelâ omnibus litterarum amantibus
pandatur. Ad Sermi Parentis manus & genua
scriptionem aliam suo tempore licebit, spero,
deponere.

Atque hoc animi non ingrati specimen
jam pridem exhibere debuissē primis bene-
factoribus nostris, æternâ in Boicos Princeps
obseruantia deuinctus. Idquē tantò magis,
quantò Serenitatum VVV. Virtus atque pie-
tas, & in hauriendâ eruditione felix progres-
sus in dies laudabilius enitescit. Ita pergite
Sermi. Principes, quod Sanguini Vestro pro-
prium semper fuit, à cunis per Sapientiam &
Virtutem ad sublimem gloriâ eniti. Sereni-
tatibus VVV. Monacense Collegium & om-
nem Societatem nostram „ meque vna sub-
mississimè commendo. Monachij mense Ia-
nuario, die Trium Regum, anno Christiano.
M. DC. XXXVIII.

Bene



BENEVOLO LECTORI MEO

plurimam salutem, & industriam.

DEmum etiam ad Aurifodinas te duco, mi
Lector, non janè spectatorem sed fossorem.
Si fodere non valeas, aut non velis, abi bo-
nis auibus, & tua ageoria iners cessator. Profectum
in litteris aut exiguum, aut verius nullum spera,
si fodiendi, seu excerpenti, laborem fugias.

Non ego te in Ophir Terram auream, a non in
Iberiam metallorum feracissimam, non in Æthio-
piam matrem auri admodum facundam mitto: ad
tuum te musaum ablego, nec manibus ferrum sed
calamum iungero, & familiarissimè suadeo, rogò-
que: Hic fode. Quod non solum sine periculo &
damno, sed tuo ingenti bono facies.

Aurifodina, non nescimus, multis inopia, non-
nullis exitij fuerunt caussa, dum illi, curis alijs
neglectis omnibus, huic uni rei laboris plurimum
impendunt; sed lucri modicum, nonnunquam
grande damnum contraxerunt. Hic labor certus,
periculum proximum, euentus ambiguus. Quos
hominum millia ob auri cupidinem calo & sole
relictis in tenebris aum agere didicerunt, caco &
noxio vapore ante tempus consumpti? Ita vivi
terrâ meris infelicius vixerunt & breuius.

Sileo

a Sic olim dicta quò Salomon classena mit-
tebat.

Bene

AD LECTOREM.

Sileo fossorum adiutores sæpè importunos, dampnes metallicos, a qui metallarijs se iungunt, saxa & ipsi excavant, funes ex imo in summum trahunt, in erigendis substructionibus iuuant; sed hac omnia, ut tantò latentius fallant, & grauius noceant. Nam aurilegulis^b illis scalas subducunt, extensos à se funes abscindunt, subterraneos foetores spargunt, lapides iaciunt, ruinas struunt, ad lapsum impellunt. Ita metallum fuluum in terra visceribus, in sinuosissimis latebris labore magno, maiore periculo queritur. Quid si multum fodias, ut sæpè fit, & nihil inuenias? Quid si multum inuenias, sed non tibi? Quid si tibi inuenisse sit peius, & nihil inuenisse melius? Et hæc erat causa cur in Italiã, quæ metallorum fertilitate telluri nulli cedebat, quod Plinius testatur, Patrum interdicto cautum sit, ut ei velut parenti parcerent fossores & metallarij. c

Et quæ olim erat ieiuitia pluribus sæculis usitatissima, tot millia hominum damnare ad metallum? Nam quosdam mercede, alios vi ad istud operis adigebant, quos in subterraneo carcere illo labor, fames, vapor, ruina sæpius necabant. Quod Cassiodorus non dissimulans: Intranst homines, inquit, caligines profundas, viuunt sine superis, exulant à sole, & dum sub terris querunt lucri compendia, nonnumquam perdunt lucis gaudia.

a Bergmännle.

b Bergenappen.

c Plinius l. 33. Nat. hist. c. 4.

AD LECTOREM.

Ab his omnibus & periculis & dispendijs hac fertilissima, quam tibi monstro, Aurifodina, liberum te, mi Lector, pronuntias. Tu modo laboris non magni sed quotidiani patiens, nullas tuo calamo permitte ferias. Lege, scribe, Excerpe, quidquid, dum legis, metalli nobilioris inueneris. Eò hæ dissertationes spectant, ut docearis artem, quã possis die uno vel centum vel sexcentos scriptores legere, & à singulis proficere, lectionis ordine nihil turbato, eruditione plurimum auctã. Vtilissimi crede mihi, compendj est, audita, visa, præcipuè verò lecta, omnia in suos usus posse convertere. Hoc, si velis, in Aurifodinã hac disces. Tu modò incipe Excerptare. Multi sunt qui innumera legant, vix quidquam retineant: Excerptandi rationem ignorant, aut laborem nauseant. Ne igitur in limine offendas, mi Lector, hic mihi extra oleas saltandum scias. Nosti amicorum preces esse imperia. Rogatu plurimum, & maiorum meorum iussu, scriptiones sacras interiungo; breues eas, si Deo visum, recepturus. Nunc animus est Excerptandi Modum tradere, qui & sacris & profanis scriptionibus, qui artibus & scientijs omnibus addiscendis quàm plurimum proficit.


Sed in antecessum, mi Lector, duo illi qui colloquuntur, tibi sunt noscendi. Eulogius iam grãdis natu, panè omni litteraturã ornatus, à Poësi & Rhetoricã, Philosophiam, Mathematicam, & Moralem Aristotelis scientiam hausit. His Iurisprudentiam adiunxit, nec Medicina quidem ignarus,

AD LECTOREM.

in Hippocratis, Galeni, aliorumque Medicorum
libris non hospes. Theologia denique se totum de die
annis pluribus. Inde Ecclesiastes prodijt, & è cathe-
drâ dixit ultra annos triginta. Huic tali viro lo-
quendi ac docendi vices meritò committimus. Eu-
logij cognatus Faustinus aliquot & viginti an-
nos natus, juvenis ore promptus, nec in-
doctus, & plura discendi avidus; hic ut è scripto-
ribus sua lectionis fructum caperet, exotandi mo-
dum petijt à patruo. Hinc natus sermo, quem tibi,
mi Lector, tuo, speramus, bono exhibemus, Vsu li-
cebit frui. Quòd si præceptiones istæ & Excerptandi
leges non placeant, scribe tibi alias, pauciores, bre-
viores, studijs tuis commodas, dummodò Excerptas.
Hoc autem verè TVVM dixeris, quod in rems
tuam cum iudicio, excerpseris. Vale, mi bone Lector,
& è Socraticis chartis aurum effodere, maximum
honestissimùmque quæstum cense.



PARS



PARS PRIMA.

Excerptorum Necessitas, seu Excerptum esse.

CAPUT I.

Quid Excerptare, Quid Excerpta.

EVLOGIVS & FAVSTINVS collo-
quuntur.

EVLOGIVS. Excerptum aio, & qui-
dem cum curâ & studio. Ad plenam
eruditionem, vix vllus est accessus
nisi hac semitâ. Quæsieris priaci-
pio: Quid est *Excerptare*, quid *Excerpta* nomi-
nas? Si de voce lis sit, eam à viris doctissimis
vsurpatam obseruo. Iustus Lipsius in episto-
licâ institutione asserit, ei, cui profectus litte-
rarius cordi sit, opus esse *Excerptis* quibusdam
& *Notis* rerum. Ita & Ciceronem audio lo-
quentem: Excerpteres, inquit, ex his ipsis, si
quid inest boni. *a* Unde *Excerpta* dicimus,
quæ veluti flores è libris enotamus.

Est igitur *Excerptare* è scriptore quocum-
que cum iudicio in certas classes id annota-
re, ac seligere, quod iudicetur vsui futurum

A Lege-

a Cic. 3. de Officijs.

orum
de die
athe-
ro lo-
Eu-
i an-
ec in-
cripto-
li mo-
n tibi,
su li-
rpendi
s, bre-
cerpas.
n rem
Lector,
imur

PARS



Legere, & nihil seligere, meo iudicio, prorsus negligere est. FAVST. Ergo nihil vtiliter legero, nisi calamum, chartam, atramentum ad manum habeam? EVLOG. Ita prorsus censeo: pænè omnis lectio perit, quæ nihil excerpit. Et en, vt in rem præsentem venias: Hic mihi Tertullianus Afer eruditissimus scriptor in manu. Sine huius lectione Cyprianus diem nullum trans mittebat. En igitur scriptorem, & en simul scriptoriam supellectilem, pennam, sepiam, & chartam. Hic meus mos est à puero, non lecta tantum, sed & audita, subinde etiam visa, dignioris notæ in meum usum trahere annotando. Ita hunc, ita alios omnes auctores tracto, meos, vt possum, facio, dum ea, quæ notatu digna censeo, in diuersas chartas, ac classes excerpo, FAVST. Quas illas amabo? Hoc vnum vnice nosse aueo. EVLOG. Festinemus, quæso te, sed lentè; hæc omnia quàm proterò explicatissimè tradam, sed tempore, & loco. Iã quærimus, quid studij sit, *Excerptare*. In quo, nisi me fallo, vel oculis tuis fidem faciam. Vides hunc Auctorem? Ex eo selectiora suis quæque classibus inscribo. Atque hoc appello *Excerptare*.

Quod enim Philologus, quod Poëta è Marone aut Nasone, quod Historicus è Curtio aut Plutarcho, quod Rhetor ex Arnobio aut Cice-

a Sepia, ater liquor piscis, atramentum.

PARS I. Cap. II.

Cicerone, hoc Philosophus ex Aristotele aut Platone, hoc Mathematicus ex Ptolemæo aut Tycho, Medicus ex Hippocrate & Galeno, Iurisconsultus ex Bartolo, Baldo, aut Iustiniano, Theologus & Concionator ex Augustino, Chrysoftomo, aut Bernardo in suum trahit usum excerptendo. Sine his notis nec Philologi, nec Medici, nec Iurisconsulti, nec Theologi, ad illustrem & amplam eruditionem pertingent. *Excerptendum est*, aut ignorantia nomen in pluribus subeundum. Et primam assertionis huius rationem subiungo.

CAPUT II.

Excerptorum necessitas ob memoria inconstantiam.

OMNIVM, quæ audis, quæ vides, quæ legis, meminisse, non hominis est, sed genij cœlestis. Memoria humana segnis, angusta, volatilis, infidelis est, nisi suis fulciatur adminiculis. Sed tenacissima sit, fieri tamen non potest, ut omniū retinēs sit, quæ pluribus annis studiosa lectio retineri vellet. Labor improbus tot rerum imagines in hoc ærariū memoriæ recondit; reconditas diutissimè sine excerptis conseruare, vix vllus labor impetrauerit. Operosum est suis quæq; foribus in hūc memoriæ recessum, & nescio quos secretos sinus congerere. Magnæ molis est in hoc speculæum, quod in occipitio suspēdit natura, terrarum molē importare, cœlorū immensitates,

vndarum flammaramque regna concludere, difficillimum est huc congesta, velut aureos nummos arcâ coërcere.

Magna vis est memoriæ, non nego, prætorium grande, penetrabile amplum, sed non infinitum. Certos ea limites ac fines habet, ultra quos progredi non permissum. Hic rerum diuersarum imagines certis velut cellulis reponuntur, sed nisi reposita habeant custodes qui seruent, illum memoriæ carcerem nullo negotio effringunt, & aufugiunt. Fit nonnumquam, vt subinde frumenti plurimum in alatos vermiculos animetur, hinc totis pænè granarijs, frumentum viuum euolat: ita prorsus imagines rerum in memoriam velut pensile horreum immissæ, domino non aduertente se subducunt & euolant. Vis retinere? Custodes adhibe, *Notas & Excerpta.*

Questus iam olim Augustinus de memoriæ labe: Quàm multa, inquit, huiusmodi gestat memoria mea, quæ iam inuenta sunt, & sicut dixi, quasi ad manum posita, quæ didicisse & nosse dicimur? Quæ si modestis temporum interuallis recolere desiuero, ita rursus demerguntur, & quasi in remotiora penetrabilia dilabuntur, vt denuò velut noua excogitanda sint in idem iterum. ⁊ Tot nimirum nouæ rerum notions memoriam subeunt, vt priores & vetustæ aboleantur, imago
sci-

a August. l. 10. Confess. cap. 11.

scilicet imaginem expellit, alijs alia succedunt.

Memoriam Plato stomachum animi, Augustinus animi ventrem vocavit. Appositè. Nam vti stomachus quotidie multa variaque recipit, nec tamen diuturnum hospitium indulget; ita prorsus memoria plurima quidem eaque diuersissima complectitur, sed breui velut oneris impatiens, aut admissorum hospitum pertæsa, longè faciliùs dimittit, quàm admiserit. Huic malo *Excerpta & Notæ* medentur.

Memoria vas multorum capax, sed rimarum plenum, hac atque illac perfluit. Meminisse siquidem est rem memoriæ commissam custodire; sed heu difficulter committitur, difficillimè custoditur commissum. Quod si quid inhærescat altiùs, ni repetitione perpetuâ recolatur, fluminis ritu dilabitur. Vt enim fecundus ager nisi cultione quotidianâ exerceatur, siluescit: sic egregia licet memoria nisi *Notis & Excerptis* ad reddendum depositum excitetur, ab obliuione miserè vastatur.

Quid ergo multa didicisse, quid legisse multa proderit, si ea quæ legeris, quæ didiceris, iterum elabi patiaris, non facilè vñquam reuocanda? Laboris nimirum amans est, qui discit, vt obliuiscatur. Quàm multi florent inter magnos magni & ipsi, nisi hæc vredo illos afflaret! Plurimos reperias, qui

varia ac multæ lectionis plurima sciunt, at
ferè nesciunt, quæ sciant, quia meminisse ne-
queunt: quod incredibile est, quàm ad scien-
tias potenter faciat.

Perpexit hoc probè perspicacissimus na-
turæ mystes Plinius, qui ore libero: Memo-
ria, inquit, necessarium maximè vitæ bonum,
nec tamen aliud est æquè fragile in homine,
morborem casus & iniurias, atque etiam me-
tus sentiens. *a* Memoria bonum grande, sed
bonum fragile, & ad omnes obliuionis iniu-
rias expositum. Ijs igitur Notarum & Excer-
ptorum subsidijs roborandum, quæ obliuio-
nem expugnant.

Sunt aliqui, sed pauci, memoriæ felicissi-
mæ. Priscorum hîc texere catalogum operæ
non est. Hæc scholis iam nota sunt. Rex Ma-
cedo Alexander totam Homeri Iliadem, &
magnam Odysseæ partem edidicit. Cosroë
Rex Persarum omnes Aristotelis libros me-
moriâ comprehendit. Demosthenes Thucy-
didem octies suâ manu descripsit, & ad ver-
bum memoriæ mandauit. Mithridates vi-
ginti duarum gentium Rex, totidem linguis
ius dixit, pro concione singulas absque in-
terprete allocutus. *b* Cyrus Rex Persarum
in

a Plinius l. 2. Nat. hist. c. 24.

b Gellius ait; Rex inclytus viginti quinque
gentium, quarum omnium linguas percussit l.
17. Noct. Attic. c. 17.

in numerosissimo exercitu omnium militum nomina memoriter pronuntiare calluit. Crassus diues Romanus, Græci sermonis quinque differentias & dialectos memoriâ ita tenuit, ut qua quisque apud eum lingua loqueretur, eadem ei commodissimè responderet. Theodectes Cilix, orator, versus quantumuis multos, ubi semel recitari audisset, è memoria integrè reddidit. Cyneas à Pyrrho Thessalus Legatus Romam impetrandæ paci missus, postero die, quàm aduenit, tam senatorios, quàm equestris ordinis viros nominatim salutavit. Hortensius orator Romanus totum aliquem diem in auctione persequens, vesperi demum res omnes venales, earumque pretia, & emptores ordine recensuit, argentarijs recognoscentibus, cum nec minimo falsum.

Genethlius & Palæstinus, Minutiani & Agapeti discipulus, ea gauisus est fidelitate memoriæ, ut totam declamationem semel auditam, mox memoriter recitaret. Nepotianus Heliodori Episcopi è sorore nepos iuuenis militiam secutus: tandem vitam religiosam amplexus, libros ea memoriæ facilitate retractauit, ut in familiaribus colloquijs ac disputationibus, si quid eruditionis medium fuisset prolatum, statim expeditè diceret, Hoc Tertulliani est, hoc Cypriani, hoc

A 4

La 2

a Plin. l. 7. Nat. hist. c. 24.

unt, at
hisse ue-
d scien-
mus na-
Memo-
bonum,
nomine,
iam me-
ade, sed
his inu-
Excer-
obliuio-
felicissi-
m operæ
Rex Ma-
dem, &
Cosroë
ros me-
Thucy-
ad ver-
lates vi-
n linguis
osque in-
Persarum
in
i quinque
rcalluit h.

Lactantij, illud Hilarij est: Sic Minucius Felix, ita Victorinus, in hunc modum locutus est Arnobius *a*.

Hieronymus Stridonensis eâ fuit memoria, Augustino teste, ut Hebræorum, Græcorum, Chaldæorum, Persarum, Medorum, Arabum, & nationum pænè omnium linguas ac literas calluerit. Hinc illud à Pōtifice Hipponensi scriptum est elogium: Nullus hominum sciuit, quod Hieronymus ignorauit *b*. Memoriam in seipso eatenus insigniter exercuisse scribit Seneca, ut non ad vsum modò sufficeret, sed in miraculum vsq; procederet. Nam duo millia nominum recitata, inquit, quo ordine erant dicta, referebam; ducentos quoque versus ab vltimo incipiens recitabam.

Hæc prisca & nota sunt; recentiora ista: Paulus IV. Pontifex Maximus scholæ Salernitanæ librum in memoria habuit: Galenum Græcè à capite ad calcem perlegit: sacra Biblia ad verbum edidicit. In extremâ senectute

(vixit

a Ita Hieron. tom. 1. epist. 3. mihi pag. 10. Vbi addit: Lectione assiduâ & meditatione diurnâ pectus suam bibliothecam fecerat Christi.

b Aug. tom. 2. in appendice epistolarum ad Cyrill. Hierosol. Episc. mihi. pag. 380. Sed reuerà non videtur eam epistolam Augustini calamus effudisse.

(vixit autem annis octoginta tribus) integras
tas è Tullio, Virgilio, alijsque auctoribus pa-
ginas inoffensè recitavit. Memoria prorsus
admiranda. cui parem non tulerint multa re-
trò sæcula.

Gregorius III. in eodem folio Antistes,
omnes ordine psalmos memoriâ complexus
est *a*. Ammonius Abbas, magni Pambonis
discipulus, vetus & nouum Testamentum
ita percalluit, vt memoriter dicere potuerit,
in doctorum virorum, Athanasij præsertim
& Basilij, scriptis ita versatus, vt decem millia
versuum, & sexcentos ex ijs protulerit. Rem
ita se habere pro testimonio magui Patres
dixerunt *b*.

Fridericus I. & Maximilianus I. Imperato-
res Augusti tam tenacis memoriæ fuerunt, vt
omnium eorum, etiam infirmorum, quibus-
cum vel semel locuti essent, longo post tem-
pore recordarentur, & hominem nossent.

Franciscus Rex Galliæ tenaciac expedito
amplissimæ memoriæ captu pænè omnes suo
æuo superavit. Quid & quantum peculiaris
commeatûs vnaquæque prouincia suppedi-
tare posset; quænam itinera, quæ flumina
ad conuersiones opportuniora & vicini-
ora forent; è quibus hibernis equitum alæ ce-
lerrimè conuenirent, tam exactè notat, vt ra-
tiones

A 5

tiones

a Henricus Spondanus ad ann. 731.

b Pallad. c. 12. apud Rosoveid. mini pag. 716.

cius Fe-
locutus

memo-

Græco-

um, A-

linguas

ce Hip-

homi-

rauit *b*.

er exer-

n modò

ederet.

inquit,

centos

recita-

ora ista:

Saler-

alenum

acra Bi-

uecture

(vixit

pag. 10.

one diu-

ut Chri-

ad Cy-

d reuerà

calamus

tionem itinerum, compendia navigationum, ciuitatum vel remotissimarum copias, præcipua rerum omnium subsidia è memoria thesauro depromeret *a*.

Antonius Muretus asserit visum à se Patavij, atque auditum iuuenem Corsicum, Iuris Ciuilis studiosum, qui triginta sex millia nominum, eo quo recitata essent ordine, absque cunctatione recenseret. Artem à pædago homine Gallo, se accepisse aiebat. Hanc diebus pauculis Francisco Molino Patricio Veneto, magnâ omnium admiratione tradidit, cum Molini memoria sibi prius non constaret *b*. Miraculum memoriae.

Memoria verè Musarum mater, artium & disciplinarum cella penaria, scientiarum custos. Tullio, diuinitatis argumentum, eloquentiæ gazophylacium, eorum quæ discimus, reconditorium. Rerum omnium thesaurus, sed tamen ex omnibus animi partibus, vt Rhodiginus loquitur, res maximè delicata & fragilis. Memoria grande ac necessarium, sed tamen volatile ac caducum vitæ bonum, quod obliuio quotidie oppugnat, quod vnicus subinde morbus totum eripit. Quos ante nominaui, Phœnices dixeris. Qui ad eos accedât, paucissimi, & pæuè nulli sunt. Imò

a Paulus Iouius l. 37. hist.

b Muret. l. 3. Var. lect. c. 1. §. l. 12. c. 5.

Imò ex illis ipsis, quos modò dixi, ingentis memoriae viris, Excerpta & Notas aliqui velut certissimū, & summè necessariū memoriae subsidiū industria singulari adhibuerunt.

Hinc cum Lipsio persuasissimus affirmo: Lectionem ipsam non sufficere, ne repetitam quidem, imò nec in felicissima memoria, sed opus esse Excerptis quibusdam, & Notis rerum verborumque singularium.

Faustine, sit tibi Mithridatis aut Alexandri, aut Cosroës memoria, nihilominus excerptum, alioqui plurima effluent, plurima non opportunè occurrent. Nemini, hercule, cuiusquam memoria tam felix, quæ Excerptorum omnium vicem subire possit. Ergo Notandum, & Excerptum.

a Lips. epist. Instit. c. 12.

CAPVT III.

*Excerptum esse testimonio & exemplo
vtriusque Plinij & Auli Gellij.*

EScriptoribus, qui leguntur, excerptum esse, doctissimi quique viri nos docent. C. Plinius Secundus Naturæ panegyristes nobilissimus ad prodigiosam profluxu eruditionē peruenit hoc vno tramite Excerptorum. De hoc auunculo suo Plinius Cæcilius Junior ad Marcū scribens: Pergratum, inquit, est mihi, quod tam diligenter libros auunculi mei lectitas, vt habere omnes velis, quærasque qui sint. Fungar indicis partibus, atque etiam

quo sint ordine scripti, notum tibi faciam. Et en catalogum librorum à Plinio maiore scriptorum.

1. De Iaculatione equestri liber vnus.
2. De vitâ Q. Pomponij Secūdi libri duo.
3. Bellorum Germaniæ libri viginti.
4. Libri tres in sex volumina diuisi, quos Studiosos vocauit, quod ijs maximum studiū impendisset, & idem à Lectore fieri vellet.
5. Dubij sermonis libri octo.
6. Historiarum à fine Aufidij Bassi cœptarum libri triginta vnus.
7. Electorum commentarij centum sexaginta minutissimè scripti, qui largo Licinio in Hispaniâ, quadringentis millibus nummūm, hoc est, decem millibus philippeorum, vendi potuissent, & tunc aliquantò pauciores erant.
8. Naturalis historiæ libri triginta septem. Opus diffusum, eruditum, nec minus varium, quàm ipsa Natura. Plinij libros qui Pandectas appellauerit, me iudice haud errauerit. Omnia ille vir legit, vidit, sciuit, & in vnum volumen Græciam & Latium conclusit.

Sed pergit Plinius Cæcilius auūicali sui summam industriam, & assiduum in excerpando stu-

a Pandectæ volumina sunt, inquit Budæus, nihil non continentia, ex quibus possit, quod velis, veluti è Cornucopia depromere.

studium commendans: Miraris, inquit, quod tot volumina, multa que in his scrupulosa homo occupatus absoluerit. Magis miraberis, si scieris illum causas actitasse aliquamdiu: decessisse anno sexto & quinquagesimo. Medium tempus distentum impeditumque, quâ officijs maximis, quâ amicitia principum egisse. Sed erat acre ingenium, incredibile studium, summa vigilantia. Erat sanè somni parcissimi, nonnunquam etiam inter ipsa studia instantis & deserentis. Ante lucem ibat ad Vespasianum Imperatorem. Nam ille noctibus utebatur *b*. Inde ad delegatum sibi officium. Reversus domum, quod reliquum temporis, studijs reddebat. Post cibum sæpè, quem interdum leuem & facilem, veterum more, sumebat, æstate, si quid otij, iacebat in sole: liber legebatur, adnotabat, excerpebat. Nihil enim umquam legit, quod non exciperet.

Faustine, hinc figamus pedem. Tu mihi Plinium considera, virum vnde quaque doctissimum innumera legentem, sed ex omni lectione semper excerpentem. Hic solidus studiorum fructus est, ea quæ leguntur facere sua excerpendo. Negligimus & cessamus. Pleraque omnia dilabuntur, & effluunt. Ergo præ multis sapuisse affirmo Plinium, qui certissimam

A 7

tissimam

a Difficilia, ardua.

b Vigilabat ante diem, memorat Tranquillus.

iam. Et
re scri-

us.

ori duo.

ti.

i, quos
n studiū
ellet.

assi cœ-

m sexa-
cinio in
mmūm,
m, ven-
auciores

inta se-
ec minus
bros qui
haud er-
sciuit, &
um con-

sui sum-
erpendo
stu-

Budaus,
uod velis,

tissimam eruditionis viam ingressus, nihil
vmquam legit, quod non exciperet. An eadē
nobis ad eruditionem via placet? nihil ergo
vmquam legamus, quod non excerpamus.

Sed audiamus plura de Plinij Excerptis, de
quibus hæc Cæcilius: Post solem, inquit, ple-
rumque frigida lauabatur. Deinde gustabat,
dormiebatque minimum. Mox, quasi alio
die, studebat in cenæ tempus. Super hanc li-
ber legebatur; adnotabatur, & quidē cursim.
En iterum Excerpta, & Notas, & quidem su-
per cenâ. Viri Religiosi lectionem quidem ad
mensam habent, sed quis excerpit & notat,
nisi fortassis post mensam? Plinius nec inter
ipsas epulas ab hac Excerptendi consuetudine
abijt. Hinc illa viri tam prodigiosa eruditio,
hinc tot elucubrata volumina.

Non omittendum, quod addit Cæcilius:
Memini quemdam ex amicis, inquit, cum le-
ctor quædam perperam pronuntiaffet, reuo-
casse, & repeti coëgisse: Huic auūculum me-
um dixisse: Intellexeras nempe? Cum ille an-
nuisset: Cur ergo reuocabas? Decem amplius
versus hac tua interpellatione perdidimus.
Tanta erat parsimonia temporis. Hunc vitæ
ordinem inter medios labores vrbiſque fre-
mitum obseruabat. In secessu a solum balnei
tempus studijs eximebatur. At dum strigi-
libus ad excitandum sudorem leuiter rade-

retur,

a In villa suburbana.

retur, dum tergeretur, audiebat aliquid, & legentem attendebat, aut dictabat. In itinere quasi solutus ceteris curis huic vni vacabat. Ad latus erat Notarius cum libro & pugillaribus, cuius manus hieme manicis munitiebantur, vt ne cæli quidem asperitas vllum studijs tempus eriperet.

Repeto me correptum ab eo, cum ambularem: Poteras, inquit, has horas non perdere: Perire enim omne tempus arbitrabatur, quod studijs non impertiretur. *a*

O tempus! O temporis parsimoniam, quàm ignota es & rara? Hoc adolescentibus, hoc iuuenibus, hoc omnibus litteras tractantibus vel vno die centies occinendum: *Perire tempus omne, quod studijs non impenditur.* Quoties ignaui cessatores Plinij censura compellandi: Poteratis (ô desidiosî) has horas non perdere. Omnes temporis particulae velut ramenta aut fila aurea studiosissimè colligendæ. Rerum omnium iactura reparabilis est, præterquam temporis: Aurum & gemmas perdidisse, multò mitius damnum est, quàm tempus malè impendisse.

Ad Plinium Iuniolem redeo, qui de seipso ad Tacitum perscribens: Præcesserat per multos dies, inquit, tremor terræ minùs formidolosus, quia Campaniæ solitus. Illa verò nocte

*a Plinius Secundus Iun. lib. 3. epist. ad Marcum
a'ij, Macrum, mihi pag. 78.*

, nihil
An eadē
nil ergo
mus.

ptis, de
it, ple-
stabat,
asi alio
anc li-
curfim.
lem su-
dem ad
notat,
c inter
rudine
uditio,

cilius:
um le-
reuo-
m me-
lle an-
nplius
limus.
c vitæ
re fre-
balnei
strigi-
rade-
ctur,



nocte ita inualuit, vt non moueri omnia, sed
 verti crederentur. Irrumpit in cubiculum
 meum mater: surgebam inuicem, si quiesce-
 ret, excitaturus. Resedimus in arcâ domûs,
 quæ mare à tectis modico spatio diuidebat.
 Posco librum T. Liuij, & quasi per otium le-
 go, atque etiam, vt cœperam, *Excerpto*. Ecce
 amicus auriculæ, qui nuper ad eum ex Hispa-
 niâ venerat, vt me & matrem sedentes, me
 verò etiam legentem videt, illius patientiam,
 securitatem meam corripit. Nihilò seginiùs
 ego intentus in librum. Iam hora diei prima,
 & adhuc dubius, & quasi languidus dies: iam
 quassatis circumiacentibus tectis, quamquã
 in aperto loco, angusto tamen, magnus & cer-
 tus ruinæ metus. Tum demum excedere op-
 pido visum. ¶ Tu lege cetera prorsus admi-
 randa.

En, obsecro, Faustine, iam etiam Plinium
 Iuniorem, non in museo, aut conclaui, non ad
 mensam & inter libros, sed in arcâ, sub dio, in
 maximo terræ motu, non legentem solùm,
 sed etiam cum curâ & studio excerptentem.

Aulus Gellius ille Noctium Atticarum e-
 ruditissimus scriptor de seipso. Vbi sumus, in-
 quit ordine rerum fortuito, quem antea in
 excerptendo feceramus. Nam proinde vt li-
 brum quemque in manus ceperam, seu Græ-
 cum, seu Latinum, vel quid memoratu dignũ
 audi-

¶ *Idem Plin. l. 6. epist. 20. mihi pag. 203.*

audieram, ita quæ libitum erat, cuius generis cumque erant, indistinctè atque promiscuè annotabam: eaque mihi ad subsidium memoriae quasi quoddam litterarum penus, recondebam, ut quædo usus venisset, aut rei, aut verbi, cuius me fortè recens obliuio tenuisset, & libri, ex quibus ea scripseram, non adessent, facilè inde nobis inuentu atque depromptu foret. *a* Ita & Gellius excerpfit. Hinc Atticæ Noctes in lucem emerferunt.

Quid nos? quæ nostra est industria? Legimus, sed quia plerique nihil excerpimus, idèò parum proficimus legendo. Pace tuâ dixerim. Caudices & stupores, qui fuimus, manemus. Post aliquot lustra in litteris consumpta, vel notissima quæque ignoramus, quia excerpere ac notare nolimus. En prisca æui Triumphiros pro Exceptis stantes. Excerpendum, ac notandum est, aliter ad seriã eruditionem accessus non est. Vtriusque Plinij & Auli Gellij tam testimonium, quàm exemplum suadet, & inuitat, sed non solum. Plures ex eadem classe huc fisto, & Triumphiros nostri etiam æui adduco.

a Gell. l. 20. Noct. Attic. c. ult.

CAPVT IV.

*Excerpendum esse testimonio & exemplo
Iusti Lipsij.*

Hinc præfari lubet è Senecà, quem Lipsius inter omnes veteres scriptores laudatissimum

mum & virtutis studio pænè Christianum
semper veneratus Notis illustravit. Ergo Se-
neca in epistolis: Non est, inquit, quod exigas
Excerpta & repetita: continuum est apud
nostros, quidquid apud alios excerpitur. *a*
Ad quæ Lipsius: Intelligitne, ait *Repetita*,
laudabilia, & quæ solent lectione iterari?
an quia etiam inter legendum dici solet, *Re-
pete*: Hoc puto: etsi *Repetita*, quasi diuisa, &
in locos suos partita, possis legere, iam ad
lustum.

Iustus Lipsius, eruditionis primæ, iudicij
maximi, Regius professor & historicus annis
pluribus Louanij, scriptis eruditissimis iam
pridem orbi notus. FAVST. E Lipsij libris
quatuor dumtaxat me legisse memini, Hal-
lensem & Sichemiensem Virginem Constan-
tiam, & Exempla pollicita. Si quid ego judi-
co, neruosus scriptor est, & plenus succi. Quæ
alia scripserit, scire peruelim. EVLOG. Audi
compendio, & miraberis. In lucem dedit Lip-
sius, de Militia Romana libros 5. Poliorceti-
cā libros 5. de Admirādis Urbis Romæ libros
4. de Constantia libros 2. Antiquarum lectio-
num libros 5. Epistoliarum quæstionum li-
bros itidem 5. Variarum lectionum libros 3:
Syntagma de Bibliothecis, Amphiteatrum,
Electōrū libros 2. Satyrā Menippæam, Sa-
turnalium libros 2. Virginē Hallensem, Virgi-
nem

a Seneca epist. 33. mihi pag. 444.

nem SicheMIensem. Politicorū libros 6. Syntagma de Vestâ & Vestalibus, Politicorū monitorum & exēplorum lib. 2. Louanium, Manuductionis ad Stoicam philosophiam libros 3. Physiologiæ Stoicæ libros 3. de Cruce pariter libros 3. Librū de vna Religione aduersus Dialogistam, de Pronuntiatione linguæ Latinæ, Cēturias 8. epistolarum: Cōmentarios, Notas, Animaduersiones, Scholia in Senecam, Tacitum, Velleium Paterculum, Dissertationes & alia talia non numero. FAUSTIN. Superi! vir vnus tot libros, tam abundantes non verborum, sed rerum! EULOG. Quod Plinius de Plinio auunculo suo dixerat, idem de Lipsio affirmandum: Miraris quòd homo occupatus tot absoluerit volumina: magis miraberis, si scieris illum publicè docuisse, fracta & imbecilli valetudine fuisse, itinera prolixiora obiisse, bibliothecas in orbe nobilissimas lustrasse, negotijs diuersis non defuisse. Vnde igitur illi tam copiosa, & illustris eruditio? vnde tam multiplex & insignis scriptio, tot librorum fecunditas? Causam audi germanissimam: Non legit tantum Lipsius, sed & Excerptit, idque cum iudicio, non obuia quæuis in chartas rapiendo, sed seligendo, & excerptendo. Hinc ipsius dictum solenne: Non colligo, sed seligo. Selegit profus hæc apis mel eximium.

Vnicum viri opus propono ; Politicorum sex libros, opus planè accuratum, tersum, varium, elegans, eruditum, & pænè dixerim, obstupescendum, ac paucis imitabile. Inspice, & mecum senties. Artificioso, variegato, Babylonico, beluato tapeti Lipsiana Politica rectè comparatim. Incredibili namque artificio & nexu è verbis optimorum quorumque scriptorum suum ille contextum elaboravit. Sua Lipsius loquitur, sed ore magnam partem non suo, idque tam dextrè, vt Liuij aut Taciti verba iures esse Lipsij. Hæc autem absque Excerptis nec felicissima quidem memoria non dicam perficere, sed nec tentare audeat. Fieri non potest, vt talis scriptio conficiatur, quin prius plurimum Excerptatur. Ad murum erigendum cæmento, lapidibus, arena est opus; ad longiorem eiusmodi descriptionem Notæ ac Excerpta prorsus necessaria sunt. Imò nec declamationem, aut orationem vllam eruditè struxeris, ni prius tam verba, quàm rem dictioni aptam excerpteris.

Nec solum ad exaranda Politica dicendus Excerptisse Lipsius: idem in alijs fecit. Cetera illius scripta inspiciamus, & sine copiosa Notarum & Excerptorum supellectili non potuisse confici affirmabimus.

Sed ego hîc in amicas aures arcavi aliquid instillauerim. Aliquem excerptendi modum Lipsius docuit, sed facillimè persuadeor, non

eo solùm, sed & alio fuisse vsum, quem non docuerit. Nimirum tales viri non omnia artis secreta vulgant. Principia in arte monstrant, secretius artificium sibi seruant. Lipsius hanc omnem Excerptandi artem pagellâ vnicâ nec quidem tota tradidit. Verba Lipsij sunt: *Quid seligas, & à quibus, partem feci alteram.* De qua etsi exēplis dicere facilius possem, quàm scriptis, tamen breuiter hæc habe. Lektionem ipsam non sufficere, ne repetitam quidem, imò nec infelicissima memoria: sed opus esse *Excerptis* quibusdam & *Notis* rerum verborumque singularium, quas imitemur. Quæ *Excerpta* Memorialibus libellis, tanquam ærario contineri velim, vnde sermonis illæ opes per tempus & ad vsum promantur. Fieri autem libellos triplices: Vnum quem *Formularum* dixerim; Alterum, quem *Ornamentorum*; Tertium, quem *Dictionis*.

Hæc autem, ô doctissime Lipsi, ferè tantum epistolis scribendis faciunt. Quid porrò ad eruditionem ceteram, quid rerum ac historiatarum è scriptoribus excerptum? Hic tacet Iustus, & suum sibi secretum seruat. Ne dubitemus Excerpta Lipsio fuisse copiosissima. Sed Excerptandi mysterium omnibus e vulgare non lubebat.

Hoc ergo iam certum tam testimonio, quàm exemplo doctissimi viri, ad parandam eruditionem *Notis* & *Excerptis* opus esse. Sine his ali-

aliquid volatico haustu capere licet, ad doctrinam solidam peruenire non licet. Sed è Triumuiris testem alium huc sisto, Martinum Delrium.

CAPVT V.

*Excerpendum esse testimonio & exemplo
Martini Delrij.*

LICEAT de hoc viro paucula præfari. Martinus Antonius Delrius Maiores habuit, & parentes nobilissimos; summa eorum apud Hispaniæ reges auctoritas. Pater Delrij, Antonius Delrius in agro Antverpiensi Toparcha, Regi à Consilijs, post Fiscij Regij in Belgio præfecturam. Domus illius Regibus & Proregibus eò aduentantibus familiare fuit prætorium. Mater Delrij Eleonora Lopeña Aragonum proceribus oriunda. Sed exteriora sunt ista, nec in censum viri suo peculio diuitis referenda; sermo nobis est de supellectile & ornamentis litterarijs.

Grauiora studia tractauit Delrius hoc ordine. Parisijs in Philosophiâ Magistrum habuit Ioannem Maldonatum è scriptis notum: Duaci in Iurisprudencia Ludouicum Carrionem. Duaco Louanium se contulit, vbi Cornelij Valerij disciplina, & Iusti Lipsij familiaritate summos in litteris progressus fecit: præcipuam tamen diei partem Legum Iurisque scientiæ seposuit, quod in operibus ad id temporis à se elaboratis non semel palam

lam esse voluit. Nam & Salamanticae acerri-
mas de Iure contentiones cum doctissimis
subijt.

Hinc anno millesimo quingentesimo se-
ptuagesimo Louanij primam in Iure lauream
incredibili omnium admiratione decerpfit.
Prodigio simile est vel ipsa sola Auctorum in
Iure nomina meminisse, quos ille in epistola
ad parentum suum se perlegisse common-
strat. Fuit verè (quod Tullius de Catone)
librorum belluo.

Hac eruditione partâ à Philippo II. Hispa-
niarum Rege in supremum Brabantiae sena-
tum cooptatur. Dein ab eodem Rege, anno
millesimo quingentesimo septuagesimo o sep-
timo Palatinis ac militibus ius dicere iube-
tur. Anno sequenti Cancellarius, & Regij
Fisci Quæstor constituitur.

Iam in summo stare videbitur Delrius,
iam inter ipsius fortunæ, & honoris am-
plexus versari; cum ille sese in præcipiti va-
cillare, & quò celsiorem, eò lubricum magis
& abruptum locum premere intellexit, ex
quo laberetur facilius, & post lapsum resur-
geret difficiliter: atque adeò, vt ibidem foret
semper, numquam tamen sine periculo fore,
numquam sine maxima molestia: magnas
illas regiasque cedros, in altissimis monti-
bus nonnumquam pubescere, aut interdum
etiam

ad do-
Sed è
Martii-

plo

præfari-
res ha-
ama eo-
. Pater
ut verpi-
ost Fisci
as illius
bus fa-
Eleono-
oriunda.
viri suo
is est de

hoc or-
um ha-
notum:
m Car-
lit, vbi
Lipsij fa-
ellus fe-
Legum
operibus
emel pa-
lam

etiam senescere; numquam tamen non ventis
 agitari; raro sole foueri, sæpius aëris iniurijs
 obnoxias degere. Tandem igitur aliquando,
 vt Philosophus quondam, amicus sibi met esse
 se cœpit, imò Deo; sibi consulere, Deo seruire
 decreuit. Hic ille flexus decursu vitæ ad me-
 tam meliorem. Magnus hucusque siue inge-
 nium spectes, siue honores, siue totius actæ
 vitæ integritatem: sed tum maximus esse cœ-
 pit, cum ambiit esse minimus. Ergo ille in
 Brabantia senatum allectus, & eiusdem de-
 inde Princeps, ille Palatinorum militumque
 iuridicundo Præfectus, ille nuper ærarij o-
 pulentissimi, & vere regij Quæstor, ille ad
 magna natus, perfunctus magnis, & maiori-
 bus maturus, minimam IESV Societatem am-
 plecti, fastum omnem exuere, omnibus sub-
 esse, nulli imperare, & quasi nouellus tiro re-
 puerafcere propter Christum. Nullum erat in
 tirocinij domo tam vile abiectumque obse-
 quium, cui non se promptum offerret, quod-
 que non hilaris capesseret, veluti natus in eo
 & educatus. Talis fuit Delrius. Ex hoc vogue,
 ni fallor, hunc leonem satis notis. Vidi er-
 go ipse virum, & cum eo egi familiarissimè.
 Et reuerà sermo ac vultus Delrij, hunc ipsū,
 quem describo, loquebatur.

Hæc mihi præfanda censui, vt nemo ne-
 sciret, quantus vir illum eruditionis thesaurū
 sibi parasset Notis & Excerptis, quod iam de-
 monst. o.

monstro. Tu porrò iam Faustine, ad tria potissimum attende: Ad linguarum cognitionem, ad libros ab eo editos, ad studendi rationem. Ex his luculentissimè cognosces, quid Notæ profint & Excerpta.

Delrius Latinè, Græcè, Hebraicè, Chaldaicè, Flandricè, Hispanicè, Italicè, Gallicè, Germanicè ita loquebatur (sunt distincta nouem idiomata) vt in plerisque eloquentissimus, in nullo hospes esset. Q. Ennius, teste Gellio, tria corda habere sese dicebat, quòd loqui Græcè, & Oscè, Latinè sciret. Num igitur non nouem corda habuerit Delrius, qui nouem linguas percalluit? Poëtarum, Oratorum ac Historicorum scripta omnia, quæcumque in quibuscumque Belgicæ bibliothecis reperiri poterant, magna cum cura & diligentia euoluit.

E libris verò quos edidit, primus fuit Notæ ad Solinum, quas dedit nondum viginti annos natus. Post has secutæ sunt doctissimæ Notæ ad Claudianum. His successerunt tam Aduersaria, quàm Commentarius in omnes Senecæ tragædias. Scripsit & edidit libros duos de Principijs Iuris; Repetitiones de *Transigere*; Exercitationem ad legem *Contractus*; opuscula alia Iuridica; Miscellanea item scriptorum vniuersi Iuris Ciuilis. Post hæc scripsit Commentarios rerum Belgicarum, Cæsarem in hoc imitatus. Elucubrauit

B

deinde

deinde Speculum Marianum, Speculum Patientiæ & Charitatis, Polemicas orationes Marianas, Florida Mariana. Successerunt sex libri Disquisitionum Magicarum, in tres tomos diuisi, opus illustrissimum. Edidit & Orientium Notis suis illustratum. Conscripsit & Vindicatas Arcopagiticas. Nec omittendum magni laboris & limati iudicij opus in Cantica Cantorum. Dedit & Emendationes in C. Iulij Epitomen. Scripsit & in Threnos Hieremiæ. In omnes sacræ Scripturæ libros non facem modò accendere, sed Pharum attollere meditabatur. In Genesin dedit; reliqua mors interceptit. Hæc viri scripta. Cùm tamen non ultra quinquagesimum septimum annum peruixerit. *a* Quàm verò adscriptionem tam variam ingens illi adiumentum tulerint Excerpta & Notæ, iam audi.

Studendi rationem Delrius hanc tenuit. Cùm pubertatis annos necdum attigisset, primo mane ipso diei crepusculo, postquam rei diuinæ interfuit, intinctum vino panem modicè sumpfit, dein subitò se illatebrauit in cubiculum, quod ei sub bibliotheca seu technophyon *b* quoddam fuerat. Hic sellam & pluteum subiectis rotulis ita fabrefieri curauerat, ut leui pedis impulsu, per omnia circum pulpita, & loculamenta, seipsum, omnemq; studiorum supellectilè circūueheret; illi cùm in sedisset,

non

a Mortuus Louanij anno. 1608. *b* Artium officina.

nō prius inde dimouebatur, quàm adulta nocte tempus, & familiaris ephebus ad cenam, nō raro inuitum ac reluctātem cogeret. Ita totos soles, diesque totos in museo impransus, veluti iam sepultus inter libros exegit. *A*

Vin' Faustine paucula de morte addā? *FAVS.* Adde quàm maximè; auidus accipiā. Virum ipse vidi, sapius cū eo, vti submissè humanus erat, familiarissimè collocutus, cū per Superiorem Germaniā iter faceret in Belgiū. *EVLOG.* Cū igitur ex Hispaniā Louaniū rediisset, licet difficillimè, ob defectas vires & summos dolores, adfuit Pater qui illi edixit summū adesse discrimen, à morte parum abesse; rogauitque, vellerne mentem eluere. Tum Delrius nihil eo nuntio commotus, erectā mente sibi admodum esse, cui obnoxium norit eum esse diē, cui tanto se tempore in hoc sacrorum hominum cœtu parasset: sic vixisse, vt mori non timeret: velle tamen expiationis beneficium accipere, & abluere id næuorum, quod superesset, in IESV Christi sanguine. Mox Christi corpore pascitur. Rogatus, an vellet etiam oleo sancto inungi? ille hoc vnum: Quid Rector censet? quid vult? vbi eum non abnuere intellexit, Ita, inquit, fiat; ita fiat. Verè vsque ad mortem obediens. Nihil enim aliud toto hoc tempore, nisi maiorum nutu faciebat, quod illi sancirent, sanctum arbitra-

B

2

traba-

a Idē ferè de seipso predicat Gasparus Schoppius Soc. Iesu pfe sseus hostis, in suo Hypobolymæo, mihipa. 2

im Pati-
ones Ma-
lex libri
es tomos
Orientiū
Vindici-
magni la-
ca Canti-
C. Iulij E-
remiæ. In
cem mo-
e medita-
ors inter-
non vltra
peruix-
m variam
cerpta &

c tenuit.
gisset, pri-
quam rei
nem mo-
uit in cu-
u techno-
& pluteū
uerat, vt
m pulpita,
studiorū
in sedisset,
non
iū officina.

trabatur, quòd interdicerent, nefastum cen-
 sebat. Puerum crederes à paterna maternave
 manu trahi non reluctantem, sed hilarè blan-
 dientem. Post hæc veluti doloris expers in-
 credibili animi magnitudine naturam vin-
 cere, & de ipsa quodammodo morte trium-
 phare; ac soli intentus cælo, Deo plenus, ce-
 tera omnia fastidire; in Crucifixi effigiem
 oculos figere, Crucifixū æmulari. Postero die
 hora septima, vix vilo mortis indicio, inter
 suorum manus placidissimè expiravit. Anno
 ∞ . 1568. die XIX. Octobris annum agens
 ætatis quinquagesimum septimum.

Inter alia virtutum decora, hoc sibi pro-
 prium habuit: nihil vastè aut subdolè moliri;
 non per cuniculos insidiari, non per vineas
 oppugnare; non palàm blandiri, clàm detra-
 here (quæ pestilentissima huius ævi lues est)
 idem lingua promptum, quod animo medi-
 tatum, habere. Ita qui cum eo versabantur,
 nullas cæcas cogitationum foueas metuebāt,
 nullos laqueos; omnibus sacris & religioni-
 bus confirmatum censebant, quod ab eo di-
 cebatur. Qua de causa Lipsius hominem eum
 vocat, cui non mentiri solùm nefas est, sed &
 blandiri. Frustra ad eum deferebatur, si quis
 absenti encomium diceret, si quis conuici-
 um; nisi ratione dictum animaduerneret.
 Tum verò reprehendentibus ne minimùm
 quidem obluetabatur; in nulla excusationum
 du-

dumeta correpebat: ex hostibus etiam capiebat fructum, ex venenis parabat antidorum. In omnibus rationem ducem sequebatur, cetera susque deque habebat. Submissio in eo maxima. Vnum id præ reliquis domesticis stupebant omnes, tantum virum oculis caligantibus & pænè cæcurientibus, gnauiter & prompto libentiq̃ue animo, dum alij mensæ assiderent, stantem aut in loco anagnostæ solito incommodè sedentem, librum aliquem pium de more prælegere, & ad alterius arbitrium accentus & tonos velinuerere, vel dirigere. Quod quidem quanti sit, nôrunt illi præsertim, qui in Religiosis familiaribus degunt, & huiusmodi se exercitijs subiungunt. Atque hæc vita fuit Delrij, inter libros, dum viueret, sepulti.

Porro de hoc viro Henricus Zebertus Dungæus Theologiæ Doctor testatur, in Aduersarijs, quæ Delrius annorum nouemdecim, illustrando Senecæ dedit, plus minùs mille & centum variorum Auctorum in diuersis scientijs, & linguis sententias maximo cum labore ac iudicio conscribi. Quare fateatur Lipsius numquam se legisse, numquam vidisse, ac omnino nescire an sint scriptores quos non paucos illud æui nostri miraculum (ita loquitur, & Delrium notat) ad testimonium dicendum citare solet. Cùm scriptorem Delrius arripuit, non antè dimisit, quàm

attentè atq; integrè perlegisset, quæcumq; autem (nota hoc, Faustine, nota, obsecro) quæcūque in capedūculas, Excerpta & Notas litterarum sui thesauri referenda iudicauit, ea scitè excerpserit. Ita plus simplici vice omnia Alphonsi Tostati Abulensis volumina (sunt quindecim) non suspenso, sed presso vestigio percurrit. ^a

En ipsum eruditionis fontem, ex veram tot librorum à Delrio editorum originem, Excerpta & Notas. Quod de Plinio, idem de Delrio dici potest: Nihil umquam legit, quod non exciperet. Hinc doctrinæ supellex amplissima, hinc eruditionis thesaurus maximus. Omnis è memoriâ, velut stamen è panno trahere, non Delrius, non alius quisquam potuit. Excerpta & Notæ subsidio venerunt. Excerptandum & Notandum. Aliter hæc sacra non constant.

a Hac è vita Delrij, quam scripsit Hermannus Langeueltius, ediditq; Antverpia an. 1609.

CAPVT VI.

*Excerptandum esse testimonio & exemplo
Iacobi Pontani.*

FAVSTIN. Habere quæ obducerem aduersus dicta. EVLOG. Sermonem, obsecro, finiri patere: & obducendi locus erit amplissimus. Pergo igitur; & Excerptandi ac Notandi necessitatem testimonio & exemplo plurimum confirmo.

Iacobus Pontanus in politiori litteraturâ

vix

vir oppidò eruditus, qui ætatem omnem ad
vsque vltimos vitæ dies legendo ac scriben-
do duxit, reuerà libris immortalus. Nec enim
calamum antè posuit, quàm fatalis lectulus
auocaret à chartis, quibus per dius atque per-
nox inhærebat. Annum viuendo attigit octo-
gesimum quartum. Dignissimus senex, qui
in Parnasso inter libros conderetur imme-
moriali memoriâ, quam sibi scriptis peperit.
Libros, vt mea mihi Excerpta suggerunt, hos
edidit.

Progymnasmatum volumina quatuor, qui-
bus omnia pænè, quæ in cõsuetudinẽ & vsum
cõmunem incidunt, Latinâ dictione cõplex-
us est. Institutiones Poëticas, Florida versu
eleganti, vario ac tereti scripta, Symbolas in
Virgilium, opus grande ac laboriosũ: Æ Græco
plurima in Latinũ idioma transtulit, vti sunt
Ioãnis Cãtacuzeni libri quatuor de bellis An-
dronici, Georgij Phranzæ Chronicõ Oriẽta-
lis Imperij, Philippi Solitarij Dioptra, & Ni-
colai Cabasilæ vita Christi, Simeonis Iunioris
orationes 23. Simeonis Episcopi Thessali de
diuino Templo, & Ascetica, Theophylacti
Simocatae historia de Mauritio Imperatore,
Cõmẽtaria B. Cyrilli Alexãdrini in Prophetas
Minores, Dialogi de Spiritu & carne. Hæc è
Græciâ in Latium trãslata sũt. Præter hæc scripsit

B 4

Pon-

a Augusta Vindellicorum mortuus an 1626. die
25. Nouembris.

cumq; au-
o) quæcũ.
as littera-
a scitè ex-
Alphonfi
iadecim)
rcurrit. a
en veram
originem,
nio, idem
uam legit,
næ supel-
thesaurus
t stamen è
alius quis-
bsidio ve-
m. Aliter

Hermannus
1609.

xemplo

cerem ad-
n, obsecro,
erit amplif-
ac Notan-
emplo plu-

litteraturã
vir

Pontanus Commentarios in Ouidij Metamorphosin, Commentarios in Ouidij Elegos de Ponto & Tristibus, Ouidianas Gnomas, Philocaliam, Bellariorum Atticorum voluminetria, &c.

Hunc librorum numerum Pontanus sine editionibus Excerptis numquam in lucem dedisset. Quid autem hic ipse vir litterarum artificij scientissimus de Excerptandi modo senserit, ipsiusmet verbis te docebo. Iniecta mentione Plinij Maioris, eiusque summa in Excerptando industria laudata, hæc addens Pontanus: Vir animi strenuissimi, ait, & exemplarissimi, compendiariam sibi & proximam viam excogitavit, qua ad summas eruditionum facultates atque copias & graderetur ipse, & easdem ad usum fructum publicum in lucem aspectumque proderet. De libris alijs ab illo confectis, ut nihil loquar, Historia naturalis, quæ sola temporis iniurias & dentes effugit, hisce instituta originibus, iisdem aucta profecit incrementis (Notis scil. & Excerptis.) Quando enim vir ille, duorum millium circiter voluminum lectione, viginti millia rerum cura & studio dignarum, sex & triginta libris inclusisset, si non è tot scriptoribus locos præcipuos adnotasset, & tamquam summarum summas collegisset? Quod quidem iudicio, non temerè; ordine non promiscuè atque confusè, eum fecisse suspicari libet. Quomodo præter-

ea, quid quisque, qua distributione, quid proprium, quid alienum, aut in medio positum, quid electum ac reconditum, quid euulgatū ac populare afferret, diuturnā custodire memoriā, sine hoc certissimo (nota, Faustine, nota) opportunissimoque subsidio Excerptorum potuisset? Quæ tamquam breuiaria, paruasque epitomas, quoties vellet (volebat autem sapissimè) operā non difficili percurabat. Nec dubium quin sectatores Plinius iam olim hac in re habuerit. Pontani testimonio ex occasione geminum illi adiungo.

M. Antonius Muretus in Republica Christiana Tullius, de illo ipso Plinio eiusque Excerptis ac Notis differens. Illum verò, inquit, Promum condum rerum omnium scitu dignarum, illud receptaculum ingenuarum artium, illum eruditionis oceanum C. Plinium quis umquā satis pro dignitate vel admirari, vel celebrare poterit? Qui nullum umquā librum vidit, quem non legerit; nihil cognitum dignum legit, quod non excerpserit; nihil excerpserit, quod non in litteras retulerit. Itaque vnum ipsius opus, quod de plurimis extat. Naturalis historiæ, instar ingentis bibliothecæ videri potest. *b*

Ira Muretus & Pontanus de Plinio sensere; ita nos de Mureto & Pontano sentiamus, eos

B 5

sine

a Pont. vol. 3. parte poster. Progym. 74. mihi pag. 1072. *b* Muret. volum. 2. orat. 13.

lij Meta-
ij Elegos
gnomas,
m volu-

nus sine
cem de-
arij arti-
odo sen-
cta mē-
a in Ex-
ns Pon-
exempli
ximam
dionum
ipse, &
n lucem
illo cō-
lis, quæ
it, hisce
fecit in-
Quando
er volu-
cura &
s inclu-
æcipu-
m sum-
io, non
onfusè,
ræter-
ca,

sine copiosis ac varijs Excerptis tam multa variaque numquam scripturos. Eruditionem tam multijugem Excerpta pariunt & Notæ. Sed hoc iam pluribus confirmo.

CAPVT VII.

Excerptum esse testimonijs & exemplis plerorumque omnium eruditorum.

QUOD de Excerptis iam diximus, id omniū pænè doctorum hominum voces & exempla firmant. Quisquis vniquam in litteris seridè proficere laborauit, Notandi & Excerpti laborem non fugit. Hæc vna ad artes & scientias compendiaris via est. Fugis hos labores? fugis ergo scientias, & vt desidiam non repellas, ignorantiam amplecteris, quia maus plurima nescire, quàm ea cum studio *Excerptare.*

Longè aliter ij, apud quos in pretio est lectio non otiosa. Omnes eruditorum classes percūramus, & quod dixi, verissimum affirmabimus. Inspice Poëtas, Virgilium Maronem. Ouidium Nasonem, Claudium Claudianum, Iacobum Sannazarium, Iacobum Bidermanum, Franciscum Remondum, Hermannum Hugonem.

Virgilius inter Latinos princeps Poëtarum Bucolica sua annis septem, suam Æneida annis vndecim elaborauit, & primus ipse sui rigidissimus censor ac iudex diuinam scriptio- nem ad rogam damnauit. Virgilius verò, vt scias, non tantum legit, sed & excerptit, & ex-
cerpt-

cerpta in suum poëma transtulit. Ouidij Metamorphosin inspice, & dic an caruerit excerptis. Claudianum Poëtarum ocellum volue, & idem dices.

Iacobus Sannazarius de partu Virginis tres libellos edidit, quos viginti annorum limâ perpoliuit: Notandi laborem non fugit.

Iacobus Bidermanus meus olim condiscipulus, quem vt Magistrum meum semper veneratus sum, Excerpta non solum magno iudicio, & singulari industria parauit, sed & ijs ingeniosa dexteritate vltus est. Tot eius scripta pro me loquuntur.

Hermannus Hugo deliciae meae (quid apud te dissimulē?) scriptor mihi è millibus charus: Nec putē à multis sæculis venustius aliquid, & suauissimis affectibus cōcitandis potentius in lucē datum. Hermannus autem maximē vltus est Excerptis, nec aliter potuit. Nā elegans ille contextus è priscorū Patrum testimonijs, hac vnâ ratione confectus. Gusta hoc scribēdi genus, auribus & oculis loquitur. Confer sententias Bibliorum cum dictis Patrū, ac chalcographi nobilissimi cælaturâ, & laudabis, scio, artificiosissimam mixturam. Nam modò elegidion & tersum carmen, modò prosa oratio, modò naturam & vitam spirans imago affectus suggerit dulciores. Sed liber non vnus assis est; libri pretium auxit æraria sculptura. Placet emere? vnicum omittamus symposiū,

n multa
tionem
& Notæ.

is plero-

d omniū
s & ex-
n litteris
z. Excer-
ad artes
agis hos
lesidiam
is, quia
n studio

io est le-
n classes
m affir-
n Maro-
m Clau-
acobum
m, Her-

oëtarum
eida an-
se sui ri-
criptio-
erò, vt
it, & ex-
cerp-

& noster est liber. Inscriptio & frons libri est: *Pia Desideria*. Nec solum hunc edidit Hermannus. Scripsit insuper Obsidionem Bredanam, Vitam Caroli Spinolæ, qui in Iapone religionē Christi inter flammās defendit vsq; ad extremum halitum, Vitam Ioannis Berchmanni, de Prima scribendi origine, & vniuersa rei litterariæ antiquitate, de Malitia Equestri, antiqua & noua libros quinque.

Sed hæc de Hermanno Hugone, cuius venustissimas elegias veneror & adoro. In cuius scriptione soluta incredibilem Excerptorum vsum agnosco & exosculor. Discamus, quod colimus, imitari. Sed iam & Historicos iustremus, an non & illi Excerptis vsi? nomino paucos tam recentiores quam priscos, sed quos ego ceteris eminentiores censeo: Titum Liuium, Crispum Sallustium, Cornelium Tacitum, Quintum Curtium, Carolum Sigoniū, Iacobum Salianum, Ioannem Marianam, Petrum Maffeiū, Andream Brunnerum.

Nulla historiæ foret ætas, nulla vita, si diaria, si ephemeridas, si commentarios, si Notæ & Excerpta tollas. Ab his animam accipit Historia. Hinc fasti & annales publici conflantur, hinc rerum gestarum fides petenda. Hinc Liuius & plures alij suam quisque concinnauit historiam. Hominum priuatorū Notæ, familiarum insigniorum diaria Liuianam historiam pepererunt. Quis autē Historicorū
præ

præ ceteris lectioni destinandus, dicemus infra, cum plura de legendis auctoribus dicendi erit occasio. Consideremus oratores: Tullium Ciceronem, Antonium Muretum, Iohannem Perpinianum, Franciscum Bencium, Dionysium Petauium, Tarquinium Gallutium, Franciscum Remondum.

Num horum aliquem, Faustine, ad illum eloquentiæ apicem cōscendisse autumas sine plurimis Excerptis & Notis; Oratoris est per scripta plurimorum ire, & ex ijs succum meliorem trahere in destinatam paginam. Hoc Muretum, hoc Perpinianum, hoc ceteros fecisse ne dubita.

Marci Tullij assiduum in legendo scribendoque studium restantur illius libri, tū quos habemus, tum etiam quos desideramus. Illud mirum est inter tot Reipub. tempestates ac procellas, eum vel ad cogitandum locum, vel ad scribendum otium habuisse. Negabat Cicero, si duplicaretur sibi ætas, habiturum se tempus, quo legeret Lyricos; eodem modo Dialecticos. *a*

Vis alios complures nominem Oratoribus affines? Perlustra, obsecro, Claudij Æliani Variam historiam, & de Animalium natura libros 17. & Auli Gellij Noctium Atticarum libros 20. Cœlij Rhodigini Antiquarum lectionum libros 30. Alexandri Neapolitani

B 7

Genæ

2. Seneca epist. 49. mihi pag. 466.

us libri
lit Her-
Breda-
laponē
dit vsq;
Berch-
vniuer-
Equē-
ius ve-
In cu-
cerpto-
camus,
toricos
nomin-
os, sed
Tirum
um Ta-
goniū,
am, Pe-
a, si dia-
si No-
accipit
ci con-
etenda.
ne con-
orū No-
ianam
oricorū
præ

Genalium dierum libros 6. Adriani Turnebi Aduersariorum libros 24. Petri Fabri Semeftia : Petri Victorij Variarum lectionum libros 31. opus eruditionis omnigenæ refertū, tomis duobus Parisijs editum. *A* Horum omnium, quos dixi, tam varia, tam abundans doctrina lanè nō nisi Excerptorum & Notarum sedulitate ad illud fastigij excreuit. Scriptio- nem illorum examina, & pænè mera dices Excerpta, sed arte ac iudicio collecta. Tanti est vegetiores annos huic curæ studiosius impendisse. Sed ad Porticum & Stoam transeamus. Philosophi: Aristoteles Stagirita. Decem millia philosophorum nominaui, cum Antesignanum hunc vnum dixi.

Aristoteles Nicomachi filius, Platonis discipulus, Alexandri Magni præceptor, omnis philosophiæ Phœbus infinitos scripsit libros eâ diligentia, eoque artificio, vt superiores omnes vicerit, posterioribus omnibus palmã præripuerit. Quidam librorum eius etiam nū viuunt; plurimos tēpus iniuriosâ nocte sepe- lijt. Non autem infinita tantum scripsit, sed & infinita legit, imò, quod solebant veteres, infinita è lectis excerptit Aristoteles. Vidit utique vir ingenij perspicacissimi tantã lectionis copiam non posse concoqui, nisi placeat simul etiam plurima excerpti. Cælius Rhodigi- nus hanc priscorum nauitatem laudatissimam

in

a Anno 1564. & 1565.

in exemplum statuens: Scimus profectò, inquit, veteribus omnibus vsitatissimi fuisse moris, vt omne scriptorum genus excuteret, nullas quas possent commentationes illectas, intactasq; præterirent, q̄ in primis Aristoteles, exactissime fecit, qui ex nobilis lectionis multiugæ variantisq; curâ est à Platone Anagnostes a nuncupatus, tamquam lector foret infatigabilis, & χαλκέντερος planè, vt Græci dicunt, sitior inexplebilis. *b* Hinc nullis sumptibus cõparsit, vt quos melioris notæ libros censuisset, emeret. Testatur Gellius Aristotetem libros pauculos Speusippi philosophi post mortem eius emisse talentis Atticis tribus. Ea summa fit nummi nostri HS duo & septuaginta millia. Sunt mille octingenti philippeï. Nec Plato hac in re parcior. Nam memoriæ mandatum est, Platonem tenui admodum pecuniâ familiari fuisse, atque cum tamen tres Philolai Pythagorici libros decem millibus denariûm esse mercatum. *c* Tantus inerat his viris & legendi & excerpenti ardor.

Me-

*a Lector.**b Calius l. 17. Antiq. lect. c. 17. post init. mihi pag. 646.**c Gell. l. 3. Noct. Attic. c. 17. Sunt 20000. bacij, seu victoriati, 1333. floreni & 5. bacij, philippeï 1000.*

Medici, Hippocrates Cous, Claudius Galenus.

Hippocrates medicorum antiquissimus, cum intelligeret medicinæ studium præceptionibus egere, varias peregrinationes obiit, & quidquid in has curas vspiciam inuenit utile, sollerter excerpfit. Aded autem Excerptorum amans studiosus fuit, vt in ipsis templis morborum historias in tabellis anathematum descriptas diligentissimè excerpere & conscriberet. Ita obseruationes plurimas in ordinem componens, primus extitit qui artis medicæ præcepta generalia tradiderit. *a* De scriptis Hippocratis illud licebit pronuntiare: pauperis esse numerare pecus; libros vir iste doctissimus plurimos venturis sæculis reliquit.

Secutus hunc Galenus, qui scriptorum multitudine Hippocratem non æquauit tantum, sed etiam superauit. Inde hoc elogij à doctis accepit: Galenus medicorum præstantissimus libros scripsit pœnè infinitos, quos ipse commemorat peculiari scripto de libris proprijs edito. Ioannes Fernelius Ambianensis præfatione Medicinæ ad Henricum II. Galliarum Regem, asserit à Galeno libros de re medicâ supra quadringentos, de alijs disciplinis ducentos quadraginta scriptos. Quis nostrum.

a Plin. lib. 29. Nat. hist. proœmio, Soranus in eius vitâ.

nostrum tot euoluet legendo, quot ille commemorando ac scribendo? Quis iam dubitare possit, quin Galenus in excerpando & annotando summè industrius fuerit, qui libros pænè octingentos edidit? Excerpta & Notæ thesauris litterarijs opulentant. Sequuntur Iurisperiti.

Ex his vnicus Seruius Sulpitius libros centum & octoginta de Iure Ciuili edidit; vtique supellectili Excerptorum amplissima instructus fuerit, scriptionem tam prolixam nemo sani capitis absque Excerptis copiosissimis aggrediatur.

Sed aliquos etiam è Theologorum senatu huc sistamus. In priorum classibus nominandis id obseruaui, vt vel scientiarum duces, vel ceteris celebriores, aut mihi notiores ac commendatiores nominarem. Idem in vltima hac classe attendam.

Theologi: Augustinus Hipponensis, Hieronymus Stridonensis, Bernardus Claraualensis, Thomas Aquinas, Alphonsus Tostatus, Alphonsus Salmeron, Franciscus Suarezius.

Non temerè hos nominavi; rationem addo: & vnà ostendo quantū maximis his viris profuerint Excerpta. Augustinus plura scripsit, quàm quis legerit, si fides Possidonio, Præsuli Africano, testi locupletissimo. Hic cum opinione suâ falli iudicat, qui omnia, quæ

us Ga-

ssimus,

præce-

ationes

n inue-

em Ex-

n ipsis

is ana-

cerpe-

pluri-

extitit

adide-

it pro-

s; li-

nturis:

torum:

it tan-

logij à

æstan-

quos.

libris.

anen-

m. II.

ros de

disci-

Quis.

strum.

nus in:

quæ Augustinus scripsit, legisse arbitratur. ^a Accessit his Augustini libris tanta auctoritas (quod felicitati, vel sapientiæ viri assignari possit) vt nullius scriptis secundum Euangelij historiam, & Tarsensis Pauli epistolas, &c. maior hominum consensus accesserit ^b. Elucubrauit Augustinus inter cetera, viginti duos libros de Ciuitate Dei, opus profectò grande ac admirandum. Tu istud solum hoc tomo quinto inspice, & dices absque multiplicibus Excerptis hanc talem scriptionem numquam potuisse confici. Volumen hoc eruditionis plenissimum incredibilem notantis & excerptis Augustini diligentiam testatur.

Hieronymus sex millia librorum Origenis affirmat se legisse; an nihil excerptisse & subnotasse? Auxerunt aliorum studia bibliothecas, ac per partes compleuerunt: vnus ac solus Origenes ingenij felicitate bibliothecam vnã quantamuis magnam implere potuit. Hanc Hieronymus legendo exhaurierit, & nihil inde in suum vsum extraxerit? Præsertim cum de viro hoc iam olim sparsum fuerit: Neminẽ scisse quod Hieronymus

igno-

^a *Quã auctoritate magni nominis Ecclesiastes publicè pro suggestu dixerit, triginta millia librorum ab Augustino scripta, ego quidem nescire me fateor.*

^b *Antonius Coccius l. 1. Exemplor. 6. 7.*

ignorarit. Hoc certè priscorum erat studium, innumera legere, multa excerpere, plurima conscribere.

Cyprianus sanè vir sanctissimus perinde ac doctissimus, facundus olim Carthaginien- sis Rhetor, nullum prætermisit diem, quem Tertulliani lectione non imbueret. Hunc verò auctorem cum posceret, *Da Magistrum*, dicere solebat. Ita de Cypriano Hierony- mus. *a*

Bernardus verè Claræuallensis Apis sedu- litate solà sine Magistris (quod perquam ra- tum) maximos in litteris progressus fecit. So- lebat autem conqueri, nihil temporis se ma- gis perdere, quàm quod somno daret. Non occupatum numquam inuenisses. Nullæ Bernardo feriæ, quies nulla. Aut enim ora- bat, aut legebat, aut meditabatur, aut scri- bebat, aut concionabatur. Apiculam age- bat summè sedulam, quæ semper aliquid ex optimo florum genere conueheret in suum alucare. Bernardi effigiem videre cu- pis? scripta intueri. Verbis disertus, senten- tijs venustus, rebus abundans, sensu ac suc- co meliore plenus, neruo dicendi lacerto- sus, eloquio suavis, & mera pietatis mella stillans assiduè, veritatis semper amantissi- mus. Superi! quàm ille delectat, docet, strin- git, mouet, persuadet, expugnat! Eam sui
ima-

a Hieron. de Script. Eccles. in Tertull.

imaginem scribendo efformauit, vt illi Ambrosianum illud ex alle conueniat: *Laureatus spiritu scriptis coronetur suis*. Quinque Considerationum libros ad Eugenium Pontificem scriptos aperio; tu tolle, lege, ac vide num Bernardus accuratissimè, quæ sui vsûs iudicaret, excerpserit? Liceat dicere: In scripto hoc Bernardus superauit Bernardum. Nam modò cautum œconomum, modò sollicitû patrem familias, modò fidelem monitorem, modò serium præceptorè; iam ascetam, iam ethicum, iam & politicum, nunc philosophum, nunc consiliarium, nunc Theologum agit. Illustre prorsus scriptum à multiplici eruditione. Hoc vnum in tot Bernardi scriptis miserum; Bernardo multa tribui, quæ Bernardi balsamum planè non oleant. Sed illud ad rem nostram in Bernardo maximè laudem, quòd sacram paginam non solùm assiduisimus legerit, sed eam in suas scriptiones ita excerpserit, vt Bernardi calamus fluxu panè continuo diuinum instillet liquorem.

Thomas Aquinas Theologiam omnem in eum deduxit ordinem, ea perfudit luce, ijs locupletauit incrementis, vt vniuersa posteritas illi quàm plurimum debeat. Compendio vtendum est in huius viri elogijs, alioqui ea ad diei finem non finiemus. Aquinas sapientiæ ac sanctitatis magnum iubar, tametsi opem diuinam suis scriptionibus fauentem

ha-

habuerit, humanam tamen industriam in se desiderari ne utiquam passus est. Legit plurima, & excerpfit. Considera septemdecim tomos editionis Romanæ quos Thomas posteris reliquit: imò vel tres solum tomos inspicere, decimum, undecimum, duodecimum, quibus tres partes Summæ Theologiæ complexus est. Quanta, Deus, in his scriptis, quam varia, quam sublimis eruditio, quot è priscis Patribus, alijsque scriptoribus testimonia? Hæc profectò Notas & Excerpta postulant quam maximè. Itaque non solum innumera legit beatus Thomas, sed & excerpfit, & sua fecit.

Alphonsus Tostatus Abulensis Antistes, vir sanctimonia & doctrina celeberrimus, non nisi annos quadraginta viuit, & tamen quindecim tomos bene magnos in lucem edidit. In his quæstiones innumerabiles dissoluit. Hinc de eo illustre illud encomium versu, sed parum venusto, scriptum:

Hic stupor est mundi, qui scibile discutit omne.
Alphonsum tam breui tempore scripsisse tam multa, nullis Excerptorum, aut Notarum subsidijs adiutum, cras credam, hodie non. Non fuit, non erit vllum tam felix ingenium, quod omnia è seipso, velut aranea è suo vtriculo fila, educat. Hanc igitur Excerptandi solertiam in Tostato etiam fuisse negandum: quam nos rectissimè venerabimur imitando.

Al-

Alphonsus Salmeron Toletanus à puero vitam omnem ad supremam senectutem in litteris consumpsit. Vir Religiosus è Societate IESV, celeberrimas Italiæ ciuitates concionibus ad leges Christianas formauit. Peregrinationes laboriosas, easque plurimas in Galliam, in Poloniam, in Hiberniam, in Superiorem & Inferiorem Germaniam obiuit, non tam suæ, quàm alienæ salutis causâ. Dixisses Salmeronem ad terras alio atq; alio sese calentes obeundas natum. Viribus utcumque iam fractis, cum voce non posset, stylo statuit alios erudire. Ita Neapoli ad quietem laboriosissimam sese componens, sedecim grandes tomos elucubrauit, plerisque omnes de Christo Domino. Nam post Euangelij historiam pluribus voluminibus explicatam, Apostolorum cum res gestas, tum epistolas tomis aliquot est profecutus. Magnum in inscriptione hac amplissimâ eruditionis mare cernitur, quod è plurimis Notarum & Excerptorum riuulis indubiè collectum & auctum. Hic Aduersaria iuuent necesse est, plurimaque supellex inscriptioni cogitata congesta. Nemo sibi utilis erit lector, qui non simul infatigabilis, sic loquor, sit Excerptor. Res ipsa loquitur, à Salmerone hoc præstitum impigerrimè.

Franciscus Suarezius Granatensis Theologiam publicè pluribus annis professor Romæ,

ma, Pincia, Salmantica, Compluti, Conimbricæ demum calamo manum addixit, (scriptioni se totum mancipavit, & illustrandæ Philosophiæ ac Theologiæ tomos minimum viginti & vnum (quos ego quidem viderim) typis commisit. ^a Hunc librorum numerum edidisse, & prius nihil annotasse, nihil excerpisse nemini fit credibile.

Cornelius à Lapide Scripturam sacram pænè totam vberioribus commentarijs illustravit. Illic illis forulis septem grandes tomos cernis: in dies expectamus plures. Iam Pentateuchum Mosis, Proverbia Salomonis, Ecclesiasticum, 4. Maiores Prophetas, 12. Minores, Acta Apostolorum, Epistolas D. Pauli, Epistolas Canonicas, Apocalypsin explicavit vberimè ad omnem vsum. Plura, vt audio, sequentur, vt etiam à mortuo discant viui. Iacobus Gretserus suo vnus ipse calamo pænè integram bibliothecam conscripsit.

FAVST. Ego nec tot libros, sed nec tot paginas typis cogito committere, quid ergo mihi cum Excerptis? EVLOG. Num idè sæpius rogandus es? Quæso te, Faustine, ne designatum ordinem præproperè turbemus. Erit locus, quo satisfiat tuis obiectionibus. Hoc iam contendimus, *Excerptum esse*. Quomodo sit Excerptum, & à quibus, id huius quæstionis nō est; ad istud infra respondebimus: auditor,

Si

^a Mortuus anno 1617. die 25. Septembr.

uero
em in
cieta-
ncio-
regri-
Gal-
Supe-
biuit,
ausa.
q; alio
us vt
offer,
oli ad
onens,
lerof-
n post
inibus
gestas,
cutus,
à cru-
s No-
colle-
nt ne-
i cogi-
lector,
fit Ex-
ne hoc
Theo-
us Ro-
ma,

Si modò cultura patientem commodet aurem. a
 Præproperum tuum est ingenium. FAVST.
 Perge, quo cœpisti, pede; perge bonis aibus.
 EVLOG. Hoc igitur aio, quod in fronte capi-
 tis huius asserui, pænè omnium eruditorum
 vocibus & exemplis Excerpta & Notas com-
 mendari: imò hoc genus industriæ tam esse
 necessariũ, vt eo neglecto vix vllus sit ad eru-
 ditionem solidam accessus. Quò autem plus
 eruditionis quæritur, hoc Excerptorum, &
 Notarum studium contentius exigitur. Si
 priscum æuum huc accessimus, ij plerumque
 plurimum scripserunt, qui plurimum lege-
 runt & excerpserunt.

Zoroastres Persa vicies centena millia ver-
 suum, de Magiâ solum edidit. *b*

Theophrastus trecenta volumina reliquit,
 quorum catalogum recitat Laërtius. *c*

Chrysippus volumina septingenta, & plu-
 ra scripsit, è quibus trecenta vñdecim Diale-
 ctices artem exponunt. *d*

Aristarchus Grammaticus Alexandrinus
 sub Ptolemæo Philometore supra mille com-
 mentarios posteris consignavit.

Chrysanthus Sardinianus, Iuliano Cæsari fa-
 miliaris, octogenario maior tantum librorũ
 nume-

a Horat. l. i. epist. 1.

*b Plin. l. 30. Nat. hist. c. 1. post init. e Laërtius
 ubi de eo. d Suidas & Volaterr. l. 13. c. 4.*

numerum suâ manu exaravit, quantum vix alij iuventâ vegeti ac florentes legunt. Quo factum est, vt extremi digitorum articuli, ob iuge scribendi exercitium incurvescerent in-
torti. *a*

Didymus Grammaticus, quod Seneca te-
statur, quatuor millia librorum scripsit. *b*

M. Varro libros composuit pænè infinitos eruditione mirâ refertos. Ideò Augustinus hunc apud Latinos, Origenem & Didymum apud Græcos plus ceteris scripsisse commemorat. Tam multa verò legit, vt ei vacasse quidquam scribere miremur; tam multa scripsit, quam vllum potuisse legere credamus.

De Eusebio Cæsareæ Palæstinæ Episcopo Hieronymus hoc testimonij tulit: Eusebius in Scripturis diuinis studiosissimus, & bibliothecæ diuinæ cum Pamphilo Martyre diligentissimus peruestigator edidit infinita volumina. *c*

Iamblicus affirmat Mercurium Trismegistum, non solum philosophiæ, sed omnium pænè scientiarum in Ægypto auctorem,
C de

a Eunapius in eius vitâ. *b* Suidas notat tria millia & quingentos scripsisse. Dicitur fuit Didymus ad assiduitate & perpeffione laboris χαλκί-
της, ferreis visceribus, vixitq; Cic. & Aug. æuo. De Didymo Sen epist. 88. post med.

c Hieron. de Scriptorib. Eccles. in Euseb.

de vniuersâ Ægyptiorum sapientiâ scripsisse triginta sex millia librorum, quingentos viginti quinque. *a* Si vera fides Iamblico, aut Angelus fuerit Trismegistus, aut magnum hominum prodigium. Tot libellos euoluere maximi laboris sit, tot libros scribere operis immensi.

Hi omnes alijque complures tot librorum velut copiosissimæ sobolis parentes, non tantum indefessi scriptores, & assidui lectores, sed & studiosissimi Excerptores, quod verosimillimum fuerunt. Quod si voce prisca clametur: *Numerasentatum*, licebit pronuntiare: *Omnes, omnes in hanc eunt sententiam, Excerptum esse.*

Nos, Faustine, ad facultatis nostræ modulum tot optimos viæ duces sequamur. Excerptis & Notis, in omni litteraturâ, quam plurimum iuuabimur. Ad eruditionem variam per hos velut cuniculos tuti gradiemur. Excerpta & Notæ annorum plurium labores fidelissimè custodient; & vbi cumque defecerit memoria, his subsidijs fulciemur. Quidquid agas, Excerptum & Notandum est.

a Iamblic. l. de Mysterijs Ægypti, quem laudat Perer. tomo 1. in c. 2. Exod. disput. 8. med.

C A P V T VIII.

Excerptum esse testimonio & exemplo hic differentis Eulogij, aliorumque complurium.

Si

SI me in testem cum prioribus admittas, quod haecenus velut per satyram & exquisitis sententijs docui, ego iam testimonijs exploratissimis firmabo.

In primis id probè scire te velim, hinc nihil à me doceri aut suaderi, quod prior ipse non fecerim. Horatianum illud noueram; Elendum ei prius, qui flere velit alios. *b* Ita te meo etiam exemplo ad Excerpta facièda humanissimè inuito. Non pœnitebit operæ, securus polliceor. Mea ego Excerpta nullo pretio vendiderim. Isocrates orationem vnicam talentis viginti, seu, duodecim millibus philippicorum vendidit. *c* Da alterum tantum, nil Excerptorum vendo. Da auri & gemmarum, quantum vel amarissimus optare potest, da vel montes aureos, ego meas tibi chartas non vendo. Auge pretium, & nescio quos fauores adde, non vendo. Summos honores, orbis imperium sponde, non vendo. Cælum pollicere, Christum licitatore appone: Iana vendo. Huic mea omnia sacraui; hunc admitto emptorem; ceteris omnibus exclusissimis.

Sed quæris, quid inde commodi vel utilitatis hauriam? Optimâ fide, quod res est, fatebor. Fructus Excerptorum quotidianus

C. 2

& mul.

a Lex Satyra uno rogatu multa simul completebatur. *b* Horat. de Arte poët. mihi pag. 161.

c Plin. l. 7. Nat. hist. c. 30. initio.

Si

& multiplex. Mittamus eum in digitos, & numeremus.

I. Est, quocumque themate proposito, nominare posse auctores, qui de eo scripserint. Res hæc summæ utilitatis, & quotidiani vsûs est. Fuit ut Rhetoricæ studiosis compluribus potestatem facerem ponendi qualecumque vellent thema, vel rem quamcumque aliam nominandi, quæ in dissertationem venire possit, mox à me nominandos è Notis auctores, qui eâ de re illòve themate scripsissent. Diuersissima hîc quæsitæ: Quis de typographijs, quis de campanis, quis de horologijs, quis de alchimiâ, quis de bombardis & tormentis bellicis, quis de venatu, aucupio, piscatu, quis de sideribus, de gemmis, de fontibus, de siluis, hortis, arboribus scripsisset. Quærebant alij, quinam de statuis, pyramidibus, ædificijs, thermis, palæstris, armamētarijs: quis de veterû triumphis, ludis, nuptijs, funeribus, exequijs: quis de horis, clepsydri, coronis, nauigijs, bibliothecis: quis de purpura, mercatura, de musica, pictura; de re vestiaria, nummaria, cibaria: quis de animantibus, equis, canibus, elephantis ageret. Alij quærebant longè rariora, & minimè in vulgus nota, quis de ductili vitro, de incombustili oleo, de lino viuo, de ære Corinthio, de papyro & bysso scripsisset. Malebant alij de virtutibus, aut vitijs sciscitari, quosnã
lau-

laudatores, aut vituperatores habuissent. Ita quærebat: quis de virtute illa vix noti nominis Indifferentia, quis de sui Contemptu, de sui diffidentia, de Longanimitate, de Familiaritate cum Deo, quis de vitio humanæ gentis Curiositate, de Choreis, de noxio pudore, de mala tristitia, de munerum corruptelis, de prohibitis spectaculis, de damnosa procrastinatione, de noxarum iteratione scriptis differeret.

Hic ausim è vero dicere, ad omnes positas quæstiones, & alias tales innumeras è Notis & Excerptis meis facile ac promptè responderi, & ad singulos titulos seu themata, non vnum duntaxat, sed plures nominari posse auctores, qui rem illam quamcumque propositam, scripto explicarent. Notare autem & excerpere puer cœpi; ante annos verò quadraginta has Notas & Excerpta in formam meliorem certasque classes redegi, quas etiam nū retineo, eas parte altera explicaturus.

E Societate IESV Patres noui quàm plurimos, qui hanc excerpendi sollicitiam non laudant solum, sed iam pridem vsurpant. Singulorum chartas non inspexi, an hac ipsa methodo, quam traditurus sum, sibi lectionem faciant fructuosam. Nec istud mihi hoc loco inquirendum. Iam enim hoc vnum ago. Excerptum. De modo videbimus.

Est igitur maximi vsûs, summæque vtilitatis.

os, &
posito,
scripse-
otidiani
s com-
i quale-
mcum-
tionem
s è No-
ate scri-
Quis de
s de ho-
ombar-
tu, au-
emmis,
ous scri-
statuis,
stris, ar-
, ludis,
e horis,
othecis:
a, pictu-
quis de
ntis age-
minimè
, de in-
e Corin-
alebant
quosnā
lau-

raris, re quacumque in disceptationem aut familiare colloquium adductâ, nominare posse saltem è chartâ, quis scriptor eius rei faciat mentionem. Hoc olim illustris Theologus tanti aestimavit, ut totam hanc lemmatum seriem, quæ rerum omnium auctores complectitur, permitterem suo bono describi, valde rogauerit; nec cessisset, nisi audisset suas cuique familiares notas parum alijs profuturas, cum character lectu non nihil difficilis, contractior etiam ac compendiarius sit modus; cum insuper auctorum plurimi, eos, à quibus lecti non sint, parum adiuturi sint.

Prima igitur utilitas, primusque fructus Excerptorum est, quocumque themate proposito, auctores, qui de eo scripserint, compendio recitare posse.

Ctesiphon Rhetorem cum non censebat esse, qui non posset die integro de quavis re propositâ disserere. Ego illum non diu, nec multum excerpisse iudico, qui non de quolibet themate in medium allato, saltem hora integra, si non pluribus, è Notis & Excerptis suis perorare queat.

II. Excerptorum fructus est, plurima suppellex ad dicendum è cathedra. Aiunt Concionatorem, qui annis pluribus eodem loco pro suggestu dicat, non posse non exhauriri. Si sermo sit de Concionatore, qui tantum legat, nihil autem excerpatur, aut probum

excerpendi modum nesciat, assentiemur non
 ægrè; si homo sit industrius, & Excerpto-
 rum gnarus, nec centum quidem annis ex-
 haurietur. *a* Sic aio, atque, si opus teste,
 agam experientia. Ecquid dicitis, ô boni, Ec-
 clesiastæ materiam & rem ad dicendum de-
 fieri? Iniuriam facitis diuinæ paginæ. Si enim
 vel sola tantum sacra volumina Ecclesiastes
 assiduè legat, & in suas paginas excerpatur, ad
 dicendi fundum numquam pertinet. Ad
 sacrorum codicum tot interpretes, & notæ
 melioris commentarios, qui nouam identi-
 dem messem exhibent, sed falci ad lecandum
 expeditæ. Euolue legû diuinarum tot Scho-
 liaſtas, & numquam deerit, quod è publico
 doceas. Quis vnquam Concionatorum sacra
 Biblia à capite ad calcem deduxit explican-
 do? Diuini libri nullis concionibus exhauri-
 ri queunt. *b* Addamus iam diuinis litteris ce-
 terorum scriptorum multitudinem immen-
 sam, quis dicendi sterilitatem excusare pote-
 rit, si modò se lectorem assiduam, & notato-
 rem gnauum præstare velit? Prius profectò
 vitam, quàm dicendi materiam absoluet. Ego
 reuerà sic sentio.

III. Excerptorum fructus est, posse pluri-
 bus, præsertim interrogantibus, & instrui
 volentibus,

C 4

volentibus

a Er wird sich nie gar aufsechten.

b Die Bibel laſſet sich nie aufpredigen.

volentibus prodesse. Cum Excerptandi laborem multi fugiant, in plurimis, cum aqua hæret, interrogare illos coguntur, quos talium Promos Condos scierint. Subinde rem lectam, vel auditam meminimus, sed locum, tempus, & ceteras attributiones rei iam pridem excussit obliuio; hinc prorsus necessariū ex alijs quærere, quo loco, quo tempore, qua fide hoc gestū? Ad eiusmodi quæstiones omnium opportunissimè responderit studiosus Excerptorum custos, qui aut promptius è memoria, aut certius è charta satisfaciet ad quæsitā. Non facile fallent consulti crebrò indices.

IV. Posse in multum tempus partis viuere, sine noui iucris accessione. Explico. Est qui morbo, vel causa fontica, vel negotijs impeditus, sibi ac litteris vacare non possit, multo tempore. Quid hic agat? Struenda nihilominus est oratio, paranda concio, accuratiùs aliquid scribendum; non vacat legere, nouum apparatus corrogare non sinit tempus, forsā nec libri, quos vellet, suppetunt: Notas igitur & Excerpta proferat, de suo viuat, arariolum domesticum aperiat, utatur reconditis. O miserum, si nec olim voluit recondere, neque iam sinitur mendicare. Inter sacrum & saxum deprehensus, aut præsentem fateatur incitiam, ut præteritam accuset inertiam. Pulchrum est, imò quandoque necessarium est.

est, suo sumptu ac succo posse viuere, & læta-
ri partis. Miserum est, alienas semper qua-
dras lambere. Hoc fatum illos sequitur, quos
Excerpendi tædium facit inopes, ijs persimi-
les qui quando prandendum est, à vacuo ca-
nistro ad pictoris misericordiam accurrunt,
& opes alienas implorant, qui suis pote-
rant gaudere. In æstate igitur viue memor
hiemis; cum formicâ melioribus annis col-
lige, quod deterioribus consumas. Incredi-
bilem vtilitatis fructum præbet, maturè rem-
quærere, notare ac excerpere, vt cum neces-
sitas vrget, suo liceat victitare peculio, &
re parta frui. Experior id ego in dies, quod in
conspectu Domini testor, ad omne studio-
rum genus vix quidquam magis conducere,
quàm pluribus annis Excerpendi sollertiam
perpetuasse. Hinc diues senectus & conten-
ta suo. Ego iam, Faustine, oculis meis me vi-
uente præmortuis, vix pauca, nec sine ma-
gna difficultate queo legere; nox vtrum-
que lumen occupauit. Iam nimis serum esset
parandis concionibus sermonarios, aut ho-
miliarios, quos vocant, scriptorésve alios e-
uoluere: nec tempus, nec oculi permittunt.
Notis igitur & Excerptis fruor complures
iam annos: Eam autem triginta plurium an-
C s norum

a Wann man essen will. / ist kein Brodt im
Haus.

ndi labo-
qua hæ-
ostatum
rem le-
locum,
iam pri-
ffariū ex
qua fide
s omniū
sus Ex-
us è me-
ad quæ-
ò indi-

viuere,
Est qui
s impe-
, multo
hilomi-
atius a-
nouum
s, for-
Notas
t, æra-
condi-
ndere,
um &
teatur
ctiam.
arium
est.

notum Excerpta (quod præfiscini dixerim) dicendi ac scribendi supellectilem suppeditant, ut vita quantumvis longa his sese præsidij solari possit, ad Excerptorum fundum numquam peruentura. Adde igitur, & affirmatè, ut testis pronuntio.

V. Excerptorum fructus est, ingens ad omne dictionis ac scriptionis genus subsidium. Candidissimè dico: Da mihi centum annos, & acriores oculos, & ego in annum quemlibet duos minimum libros polliceor materiae diuersæ, quàm liberaliter, fat scio, subministrabunt Excerpta. Nec enim arbitror, difficile illi erit ædificium educere, qui delecta iam arena, calcem, asseres, arenam, ligna & lateres conuexerit. Ædificandi materies collecta est, hanc solum digerat, & ædificet. Hæc Notarum commoditas, hoc lucrum est: materiam struendi conuehunt; accede & construe: Excerpta dicendi ac scribendi copiam subministrant; adde manum, linguam, calamum, & dictionem aut scriptionem ordire. Hic vnicus sanè ac optimus in ædificio litterario promouendo modus est. Cùm Excerpta, ut Gellius loquitur eius generis feminis que sint, ex quo facile adolescant aut ingenia hominum vegetiora, aut memoria adminiculatio, aut oratio sollerior, aut sermo incorruptior, aut delicatior sit

NOLO.

notio. *a* Varius & amplius Excerptorum usus est. Dixi quæ à me pro testimonio volebas dici. Nunc ire porrò pergamus.

a Gell. l. 20. Noct. Attic. c. ult.

CAPUT IX.

Excerptum esse diuersis rationibus docetur.

TESTIMONIIS & exemplis docuimus, Excerptum esse. Idem rationibus confirmatum imus.

Prima est: Lectoris intentio scribendi & annotandi cura multum acuitur. Ita lectio fit multò meditatio, tantoque melius res intelliguntur, quanto exactius, dum in notas transeunt, expenduntur. Sapuit sibi Demosthenes, qui, ut suprà dictum est, Dionysio Halicarnasseo teste, Thucydidem totum sua manu octies descripsit. Multa etiam volumina sua manu exscripsit Hieronymus. Multa quoque alij transcripserunt profectus cupiditate accensi.

Theodosius Iunior Augustus Imperator, non solum venustos characteres, cum scriberet, efformauit, quod Nicephorus cōmemorat, sed etiã tam multa descripsit, ut, si fortune tenuis fuisset, alere sese scribendo commode potuisset. Nec diem dumtaxat, sed insuper & noctes scriptionibus, ad illam peruigi em lampadem suam impendit illa. *a*

C 6

Al-

a Niceph. l. 4. hist. Eccles. c. 3. post inis.

dixerim)
suppedi-
se præsi-
fundum
& affir-

ngens ad
us substi-
centum
n annum
polliceor
fat scio,
im arbi-
cere, qui
enam, li-
di mate-
& ædifi-
c lucrum
accede
scribendi
m, lin-
scriptio-
timus in
odus est.
eius ge-
e adoles-
ra, aut
o sollar-
cator sit
MOLIO.

Altera ratio est. Quod exscribitur, intelligentiam profundius subit, menti altius imprimitur. Nam sæpiusculè lector oculis per paginas volat, & cursim ad alia atque alia properat; cum gnauiter excerpit, & annotat, crebrius subsistere cogitur, & pedem figere; ita dum lectis immoratur, dum relegit, & retractat, longè melius, quæ retinenda, penetrat. Vide Argentarium, quàm is sedulò philippeum aut aureum nummum examinet, quem modò coticulæ, modò libellæ admouet, iam metalli sonitum, iam fidem oculorum poscit, sic monetam probam ab adulterina discit distinguere: ita qui multa seligit ac notat, & auctores nosse, & stylum à stylo incipit discernere. Ita cura excerpenti attentionem legentis exacuit, festinationem remoratur, & altius infigit menti quidquid annotatur.

Tertia ratio. Excerpta & notæ medicamentum obliuionis nobilissimum, memoriæ suppetias ferunt suauissimè, quod singulari capite iam suprâ demonstratum est. Memoria humana, segnis, lenta, labens infida, fallax, rimarum plena, vt verbo dicam, cribrum est. Nimiùm eam oneras? obruitur: plus æquo implet? confunditur: commissa minutiùs & ad vnguem repetis? turbatur: scrupulosius eam stimulas & scrutaris? penitus subinde obmutescit. Quid illi facias? rerum
pluri-

plurimarum capax est, sed non omnium. Finita est, suisque & ipsa terminis ac finibus ar-
 etatur, vbi dicere liceat: *Nihil ultra*. De ima-
 ginarijs extra cælum spatijs multa Theologi
 disceptant, hæc in infinitum protenduntur,
 quocumque in ijs progrediare, semper audi-
 es, *Plus ultra*. Non eadem memoriæ ratio est,
 suis illa clauditur angulis, quos si trāsire velis
 merū inane ac vacuum reperias. Hic memo-
 riæ subsidiū ab Excerptis & Notis petendum,
 vt quod illi surripit obliuio, hoc chartæ in
 suas classes digestæ restituant. Vti sæpius è
 chartâ sapere, ita etiam sæpissimè è chartâ
 meminisse ac recordari cogimur. Ei, qui so-
 lum legit, elabuntur innumera, quæ in Notas
 relata magno forent vsui. Eustine, vt possis
 esse Promus, fias antè Condus. In chartas
 conde, in Notas exscribe, quorum constanter
 meminisse cupis. Labat & vacillat, imò nulla
 est memoria nostra, cum desunt eiusmodi
 adiumenta. Effluit, quod in notas non venit:
 pænè totum frustra legitur, quod in Excerptis
 non seligitur. Ergo memoriam his fulci-
 mentis firma. Vt compendiosè excerpas, lege,
 vt utiliter legas, excerpe. Alterum sine altero,
 inanis & cassus labor.

Quarta ratio. Volumina plurima commu-
 ni bono prodierunt ab hac vnâ Excerptandi
 sollertia. Nam inde Variarum, inde Antiqua-
 rum lectionum tot libri; inde Miscellanea,

Florilegia, Epitomæ, Summaria, Pandectæ,
 Collectanea & Cōiectanea, Aduersaria, Prōp-
 tuaria, Rerum Siluæ, Quæstiones epistolicae,
 Horæ subseciuæ, Farragines eruditæ, Memo-
 riales tituli, Electorum libri, Musarum horti.
 Quibus omnibus litteraria Respublica care-
 ret, si notare ac excerpere desidia vetaret.
 Quod si ea, quæ alienus labor annotauit, le-
 genti sunt vtilia, quantò magis illa prode-
 runt, quæ quis ipse sibi, suumque in vsum col-
 legerit?

Hic ego cum cochlea velut oraculum pro-
 loquor: Domus propria, domus optima:
 Notæ propriæ, Notæ optimæ. Vnica Excerpto-
 rum pagina tuo labore scripta, magis tibi
 erit vsui quàm decem, quàm aliæ viginti,
 quàm aliæ centum, quas diligentia obtulerit
 aliena. Nostra nobis & magis sapiunt, vt sua-
 uiora; & magis profunt, vt notiora. Sed hoc,
 cum opportunum fuerit, luculentius inge-
 ram, & liberaliore cinere vas istud infrica-
 bo.

His & illud addo: Quàm multa sunt, quæ
 scriptores alij, aut studio prætermittunt, aut
 incuriosi transeunt, aut ad alia festinantes ne-
 gligunt, aut reperta mutilant & frangunt:
 quæ attentus lector, hinc illinc ingenti suo
 commodo decerpit.

Qui-

a Wils besser: nein selbstem.

Quinta ratio. Hebræus Sapiens ad formi-
 culas & apiculas colligendi magistras nos
 ablegat. Formicula illa paruula, atque ru-
 ricola omniparentis terræ agilis alumnula,
 prompta repens velocitate, discurrens gna-
 uiter, æstate congerit vnde habeat quod
 consumat hieme; itionibus ac reditionibus
 eandem viam relegit millies fatigari nes-
 cia; inertis otij sterilitatem assiduis damnat
 laboribus; futuri prouida mater familias,
 æstiuu sideris perita, plurimum annonæ in
 suum penu conuehit: ita brumæ iniurias
 non metuit, famis imperium non horret,
 infecundam hiemem commeatu iam con-
 ditro non agrè tolerat. Dixerim, dum li-
 cuit, fideliter laborauit, nec segniter ex-
 cerpsit, ita partis iucundè fruitur. Non
 tamen vnus formicis omnibus est labor.
 Hæ baiularum vices obeunt, & fascem
 ferunt se grandiozem, vt maiora sint onera
 quàm corpuscula. Aliæ viarum obsta-
 cula moliuntur & amouent; aliæ herba-
 rum semina oris forcipe trahunt, aliæ ter-
 ram è foucis egerunt, & meatus aquæ
 aggeribus excludunt. Istæ, ne madefacta hu-
 mus horrea in herbam vertat, illata semi-
 na prærodunt; istæ celebri luctu corpora de-
 functa efferunt. Quod mirius in tanto dis-
 currentium agmine, egrediens non obstat
 intran-

Qui-

intranti; quin potius, si quam viderint sub
onere fatiscentem, aut sub fasce corruentem,
humeris suppositis iuuant & erigunt. Vbi-
que feruet opus; omnes laboriosæ, nullæ ori-
osæ.

Vade ad formicam, quisquis excerpenti &
annotandi molestiam fugis: disce congrega-
re, dum vires & anni fauent. Hiemem sene-
ctutis prospice; iam ergo collige, iam recede,
quo ætas posterior sese soletur. Idem te docet
apicula, & ad excerpendum sedula præit.

Apiculam intueri in Hyblâ volitantem,
modò teretes hederarum corymbos, modò
dulces tilix dorentis surculos, modò gratos
thymi odores, modò croceata genistarum
cacumina, modò pallentium violarum suaues
diuitias, modò rubentium rosarum odoratas
gemmas ore legulo populantem, & numero-
sis crurum atque coxarum villulis implican-
tem. Omnes apicula flores delibat, ab omni-
bus excerpit, quod suum faciat. Hinc alucare
dirat, hinc ceram liquoribus stipat, hinc fa-
uos construit, hinc mella diffundit. Sed api-
culæ, vt sciamus, cum delectu maximo, &
velut iudicio excerpunt (quod in congeren-
dis excerptis primum) nec enim temerè quo-
uis flores insident, nec extrahunt, nisi quod
melioris succi est, tam ceræ, quam melli faci-
endo

*a Genista humilis arbuscula, minutâ fronde,
flore luteo, apibus gratissima.*

endo aptius. Venenum est, quod in flore deterritus araneis relinquunt. Hæc apum sedulitas atque in excerpando studium est, quod mellis & ceræ thesauris orbem opulentat.

Hic ego tibi Senecæ verba ingero: Apes, ut aiunt, debemus imitari, quæ vagantur, & flores ad mel faciendum idoneos carpunt: deinde, quidquid attulere, disponunt ac per fauos digerunt, & ut Virgilius noster ait,

— liquentia mellæ

Stripant, & dulci distendunt nectare cellas. a

Ita quidquid lectione collectum est, stylus redigat in notas. b

Vade igitur ad apiculam, quisquis excerpenti modum aut ignoras, aut ignaviam amas. Quin sequimur, Faustine, melligeram hanc plebeculam, quin volucres innubas, & florilegas auiculas istas imitamur? Obsecro, non minus his animalculis in rem nostram sapiamus. Prestantiores auctores veluti flores nobiliores eligamus, hinc succos exugamus meliores. Stertimus & oriamur? auolat æstas, fugiant anni hauriendis scientijs apti; nos neque mel, neque ceram facimus; ieiuna semper erit & dictio nostra & scriptio; tam oris, quam calami paupertatē numquam effugiemus. Excerpendum, & Notandum est.

Sexta ratio. Excerpta nobis instar bibliothecæ

a Virgil. 1. Æneid. b Seneca epist. 84. init.

thecæ sunt. Locorum varietas, & Librorum penuria hoc nobis compendium facile persuadebunt. Expertus sum ego iam sæpissimè hanc in libris permolestam difficultatē: quis enim eos semper ad nutum habeat? Non ita pridem vir Religiosus mihi graviter questus: Quos libros Augustæ, inquiebat, quos Ingolstadij, quos Dilingæ, quos Louanij, quos Coloniae, quos alibi ad manum habui, illos iam quæro, & nusquam reperio, aut tali domino mancipatos, qui eis carere nolit. Meis itaque fruor Excerptis, quæ mihi bibliotheca sunt, facili negotio in omnem locum asportanda. Felix eram Louanij, vbi poëtas veteres, vbi præcos historicos omnes, & omnia Lipsij opera; vbi melioris notæ Philosophos & Theologos in meo museo inter ceteros numerabam. Nunc subinde vacuus in scopulo piscator hæreo. Vix pauculos historicos, & quidem editionis flagitiosæ cerno; Lipsiū hoc loci in Pentheum migrasse credo, aded lacer & dissipatus est; illius pauca inuenio, & editionis dissimillimæ. In melioribus libris ceteris suppellex curta. Itaq; vrsum æmulor, & fructu vnguium meorum victito, Excerptis meis vtor. Excerpta non confecissem, nec dicere quidquam, nec scribere haberem. Libri destituunt, memoria non succurrit, olim lecta iam pridem effluxerunt, interim dicendum aliquid & scribendum est. Ad meam
igitur

igitur bibliotheculam memet recipio. No-
tas meas repeto: voces Timonis Venusini
iacto,

populus me sibilat: at mihi plaudo

*Ipse domi, simul ac nummos contemplor in
arcâ.*

simul ac dicendi scribendi que copiam in fa-
miliaribus mihi paginis intueor. Hæc apud
me vir mihi amicissimus perorabat, cui ego
totus assentior.

Incredibile profectò est, quàm utile volu-
men rerum selectarum, tempore non mul-
to possit confici; è quo utilitatis plurimum
ad eum redundabit, qui in hoc non hospes
fuerit, sed civis. Hæc vna Excerptorum op-
portunitas, si vel sola sit, omnem Excer-
pendi laborem abundantissimè compensat.
Excerpta propria, bibliotheca compendiosis-
sima, optima.

Septima ratio. Hominum eruditorum ac
sapientum pænè omnium testimonia, voces,
& exempla, quod vberius iam suprâ demon-
stratum est. In multis reperias doctores, &
suasores plurimos, plerumque tamen non
adeò multos factores. Suadere prouum est,
promptumque vel imperito cuique, dextrè
facere paucorum. Hic verto & canto: Plu-
res numerabis, qui fecerint istud, quàm
suaserint. Neque enim omnibus lubuit sui

pro-

a Horat. l. I. Serm. sat. I.

Librorum
facile per-
sæpissimè
tatè: quis
? Non ita
er questus:
quos In-
anij, quos
abui, illos
ut tali do-
olit. Meis
bibliothe-
locum as-
oëtas ve-
& omnia
lophos
r ceteros
in scopu-
storicos,
; Lipsiũ
o, ad eò
uenio, &
us libris
æmulor,
Excerpt-
stem, nec
rem, Li-
it, olim
erim di-
d meam
igitur

profectus rationem alijs detegere. Suaserunt hoc multi, sed plures suavoribus fecerunt, de compendio arcano sibi plurimum gratulati. Exercitium utique multo utilissimum est, & reuera necessarium ad eruditionem non plebeiam anhelanti. Si nos, Faustine, hic soli velimus sapere, desipiemus soli, sed in nostram perniciem. Ego satius duco cum multis, sed eruditis desipere, quam solum sapere. Licebit quidem non excerpere, sed licebit etiam plurimam nescire, innumera obliuisci, parum omnia incassum legere, licebit tempus frustra terere, & optimas horas pessime perdere. Hoc senatus doctissimorum hominum pridem obseruauit, ideo electione omni excerpendum censuit; qui secus faxit, in supplicium habeat ignorantiam, & amissi temporis iacturam. Ita doctissimi quique sentiunt. Aduersus hunc torrentem oblectari fatuum est. Sed tuas nunc obiectiones audiam.

CAPUT X.

Obiectionibus contra Excerptandi sollertiam respondetur.

FAVSTIN. Ergo fari iubes, & dictis tragulam a iniicere. EVLOG Liberrime; sanatur vlcus cum rumpitur, & eiecta traiula quandoque in auctorem reuolat. Dic quod sentis.

FAVSTIN. Principio de illis fastigijs hominum

a Teligenus, hasta simile.

num multa disflerebas, qui nescio quot decades librorum typis mandarunt. Nihil hoc contra me; talem ego arietem, mei que similes non timemus; hoc epichiremate nihil persuades. Ego nulla molior volumina, nec unquam in lucem quidquam extrudere cogitavi. Typi à meis libris æternum feriabuntur. Ego Plinius, ego Lipsios, Pontanos, Delrios non expungam codicum edendorum multitudine. Nec cupio tot libros scribere, quot Didymus, quot Origenes, quot Trifmegistus, aut Tostatus aliquis; ego me inter lectores censerì volo, non scriptores: quid ergo mihi cum Excerptis? hæc illi curent, qui publico sua parant vendere. EVLOG. Audio; & verum esto, ut illud non cogites, saltem subinde voles, aut etiam cogèris oratiunculam, vel epistolium componere: affirmatè dico, hoc ipsum quidem cum dignitate poteris, absque Excerptis. Vide plurimotum epistolas rerum omniũ inanes, flaccidas, elumbes, steriles, ineptas, plũbeas, sine nexu, sine nervo, sine ullo colore, in quibus nec prisca, nec noua litteraturæ vel vestigium reperire sit. Sed eorundem scriptas orationes inspice; verborum flumen est (& nec hoc quidem) rei aut rationis nihil, sed riuulus gracilis, & solo strepitu loquax; nullæ hinc elegantia, nulli sales, nullus nitor, gratiarum nihil est, subinde nec miculam in ijs deprehendes, quæ priscam eruditionem

Suaferunt
runt, de
gratulati.
m est, &
non ple-
ic soli ve-
nostram
altis, sed
e. Licebit
tiam plu-
anè om-
rustra re-
re. Hoc
pridem
rperpen-
plici um
poris ia-
nt. Ad-
uum est.

ertiam
is tragu-
è; sana-
a traiula
ic quod
js homi-
num

nem sapiat, nihil sani aut viui coloris; nil
 florum aut amœnitatis quidquam aspersum.
 Quod ille de Luscinia, hoc de scriptis talibus
 dicendum: Vox es, prætereaque nihil. Caus-
 sam tantæ paupertatis ne quære; in promptu
 est: nec verborum, nec phrasium, multò mi-
 nus rerum Excerpta habent: in dies viuunt;
 parati nihil est. Hinc dictio & scriptio
 tam paupertina, sordida. Imò fit nonnum-
 quam vt talibus dicendum; in publico, cum
 Philosophiæ, aut Medicinæ, aut Iurispruden-
 tiæ, vel Theologiæ Doctores iubentur; sed
 illi tales, quia fodere noluerunt, mendicare
 coguntur. Cum enim eorum nihil habeât, quæ
 ad orationem struendam faciunt, velut pueri
 vix Grammatices gnari alios appellant: Quæ-
 so te, orationem mihi scribe, gratiarum ac-
 tionem para, ad quæstionem positam respõ-
 de. O mendicimonium ignauum; si quidquã
 excerpere voluissent, iam alijs non supplica-
 rent; sed quia non tantum nihil notatum ha-
 bent, sed etiam ignorant, vbi scribendorum
 aliquid quærant, vnde dicendi subsidium pe-
 tant, idè ad mendicitatem indoctissimam se-
 se applicant. Inscitiam malunt prodere, quàm
 emendare.

Vides, Faustine, non tantum libros scrip-
 turis, sed etiam orationem, aut tale quid com-
 posituris, Excerpta esse necessaria.

FAUSTIN. Sed alteram in Excerpta tragu-
 lam

lam intorqueo: Minus memoriae student, qui
 Excerpta curant: nam ubi quidpiam in Ad-
 uersaria sua retulerint, sine cura sunt, & segni
 animo; tamquam ipsi iam teneant, quod
 chartis commiserunt. E V L O G. Mantelum
 pigrity coloratum, & scite factum, sed lace-
 rum: quasi verò primarium memoriae subsi-
 dium memoriam oppugnet. Dixi neminem
 tam felicis esse memoriae, qui omnia, quaecum-
 que legerit, complectatur, & retineat. Igitur
 ab Excerptis petenda sunt adminicula, non
 ut memoria minus exerceatur, sed ut feli-
 cius in opere suo promoueatur. Addo: Nemo
 Excerpta cum suis indicibus perite tracta-
 uerit, qui uoluerit reminiscenciam exercere.
 Nec enim satis est, excerpere, nisi memineris,
 an, & quid excerpseris. Atque adeò Excerpta
 & Notae memoriam non ad defidiam resol-
 uunt, sed ad labores adigunt. Quisquis igitur
 memoriae quam maximè consultum cu-
 pit, Excerpta & Notas perpetuet. Nisi forsitan
 Charmides Graecus sit, aut eius frater, qui
 simillimus Charmidae. Vir iste oriundus è
 Graecis eà vi memoriae pollebat, priscis asse-
 uerantibus, ut quoscunque libros in biblio-
 thecis legisset, eos confestim memoriter reci-
 tare posset. *a* Si talè te profitearis, Faustine, ab
 Excerptis te liberum pronuntio: sin minus,
 nec te, neq; yllum aliū à conscribendis Notis

exi-

a Plin. lib. Nat. hist. c. 24.

eximium dico. Spartam quam nactus es, ornamenta; memoriam, quam adeptus es, iuua.

FAVST. Sed tertiam in Excerpta iacto tragulā: Plurimi sunt, nec ad eò indocti, qui hanc Excerptendi artem aut hactenus ignorarunt, aut certè non vsurparunt. EVLOG. Hic velim digitum imponas ori, & ficulneam argumentationem tuam alto silentio defodias. Argumentum istud, fateor, vsitatissimum est, sed pessimum: Plurimi hoc faciunt. Ergo. Tu verò quid inde commonstras? Non ideò beneficit, quod à multis fit. Errantium multitudo nihil patrocinatur errori. Noli eos numerare, qui à viâ deflectunt. Sequere vel paucissimos, sed recto calle incedentes. Pythagoræ monitum est: *Per viam publicam non ito.* Non ut eâ incessu vitemus, sed ut sensu, moribus, vitâ. Ignauia numquam erit pulchra, quòd ea multis placeat. Multi, ais, nil excerpunt. Quid tū? Multi etiam parum supra vulgus proficiunt, hinc inter eruditos in imo hærent subsellio. Nec illi hoc pensi habent, modò farinam & panem eruditione quantumuis debili lucrentur. Neque verò quidquam dubij est, quin illi tam parcæ diligentia iuvenes, multò præstantiores euaderent, seu Philologi, seu Medici, seu Iurisconsulti, si maturè ac sedulò, excerpere inciperent. Multis danda venia ob ignorantiam; nil illis ignoscendum est, quos laboris odium absterret ab exercitatione tam fructuo-

F AVST. Quartam ergo tragulam expeditio:
 Priscorum sapientum ævo, cum artium &
 scientiarum cultus maxime floreret, audi-
 tione ac commentatione, non scripto tra-
 debantur disciplinæ. Hoc Pythagoreorum in
 Italiâ, hoc Druidum in Galliâ, hoc Gymno-
 sophistarum in Indiâ fuit institutum. EVLOG.
 Speciosum videri posset hoc argumentum,
 nisi esset vitiosum non vnâ parte. Facesse nil
 scripserint in scholâ, nil ergo in tabellas domi
 retulerunt? unde igitur eorum scripta ad nos
 permanarunt? Deinde, priscorum scriptio
 fuit admodum operosa & difficilis, nec sine
 maiore sumptu. Cera illi, aut lino, phi-
 lyris, corticibus, folijs arborum, plumbæ,
 membranis, palimpsesto utebantur. Nos
 commodissimè chartâ vtimur, typographijs
 gaudemus; ratio scribendi expeditissima, mo-
 dò non magis placeat labore otium. Adde:
 Si argumentatio tua vltarum sit virium, mos
 Academiarum omnium erit abolendus; vbi
 non audire solum, sed & scribere atque an-
 notare discipuli solent. Quin igitur ad Aca-
 demias excurris, & tuam illis auditionem
 ac commentationem ingeris, omnemque
 scriptionem tollis? caue hic verbulum addas,
 aut suppositione pedum salutaberis. Sed quia

D phare-

a *De veterum scribendi ratione fusiùs Guido
 Pancirolius, volum 2. Memorab. tit. 13. &
 in eum Henricus Salmuth.*

is es, or-
 a.
 acto tra-
 qui hanc
 orarunt,
 sic velim
 argumen-
 . Argu-
 est, sed
 . Tu ve-
 deò bene
 multitudo
 imerare,
 cissimos,
 æ moni-
 on vt eã
 ous, vitã.
 d ea mul-
 Quid tũ?
 roficiunt,
 subsellio-
 rinam &
 li lucren-
 st, quin
 ultò præ-
 , seu Me-
 e sedulo,
 venia ob
 est, quos
 tione tam
 fru etuo-

pharetram tuam, ut conijcio, nondum exhausti; dic porro, & oppone plura.

FAVST. Ergo quintam tragulam: Quid si eiusmodi cōmentaria & Notæ tineis, muribus, blattis in epulū cedant, quid si aquæ illa iugulēt, quid si canis ea cōcerpat, fur auferat, ignis cōburat, casus ali^o eripiat? EVLOG. Quid si cælum ruat? hi hostes non tantum libris, sed & vestibibus, pecunijs, domibus timendi: num ideò vestē non conficias, pecuniā non colligas, domū non construas, quia hæc vel auferri, vel cōburi possunt? Nō nescio quid Antisthenes cuidam dixerit, qui librum, in quē omnia retulisset, perditum plorabat. Cui vir sapiens: Atqui hæc, inquiebat, oportuit, animo commēdare, non chartis. Quo effato philosophus non voluit memorię mandari omnia (quis enim id possit?) sed multa, quod & nos docemus, ne scrinia nostra doctiora sint, quam ingenia nostra. Sed perge, si libet, obducere.

FAVST. Sextam igitur extollo tragulā: Quis chartaceam supellectilem suam quocumque secum circumuehat? Stilphon sua secū omnia ferebat mente, non chartis. EVLOG. O te militem, Romanum scilicet, & prisce roboris! Vetus Romanus miles pro more ac ritu militiæ hæc habuit, quadruplicia portanda onera: *Cibus, Vtēfilia, Vallū, Arma*. Expēde singula. *Cibus*, panis fuit buccellatus in mēsem dimidiū, sapē totum. *Vtēfilia*, Hasta & Scutum, præter hæc,

hec, ferta, corbis, rutrum, securis, lorum, falx, catena, olla, veru, & si quæ alia ad victum sunt. *Valli*, tertium onus. Ex usu ternos, aut quater-nos, aliquando septenos, aut etiam duodenos vallos *a* tulerunt, ut si castra subito locanda, vel alia foret necessitas, vallare statim scilicet *Arma*, quartum onus, galea, lorica, gladius. Ista omnia Romano militi ferenda. *b* Hæc mihi, ut scias, è Lipsio Excerpta suggerunt. Et nūquid rectè talē te militē dixi, quadruplici, tantoq; huic oneri portando parem, qui duos tresve chartaceos libellos ferre refugis? Adde: Excerpta, si cū iudicio fiant, non facilè vnumquam in eam molem excrescent, quæ non expeditè cōmodeq; ex vno loco in alium transferatur. Mecū senties, cum Excerptandi modum à me accipies. Stilponi pax sit, & eat bonis aibus, qui Demetrio Poliorcetæ interroganti; Num quid perdidisset? *Nihil*, inquit, *omnia namque mea mecū sunt*. Cum tamen patrimoniū illius in prædā cesserit, filias & patriā hostis rapuerit. At ille habebat secū vera bona, intelligentiam & memoriā artium & disciplinarum omnium capaces, insuper & virtutes rectiq; conscientiam. His sese bonis solabatur Stilpon. *c*

D 2

Sed

a Vallus, Ein Pfahl oder Nebstock.

b De his Lipsius l. 5. Rom. milit. dial.

c De hoc vide Senecam l. de Constantiâ sap. s. 9. epist. 9. post med.

Sed quid hæc aduersus Notas & Excerpta? Etiamnum habes, quod obducas? Septimam quoque tragulam emitte.

FAUSTIN. Dictis acquiescere statueram: sed, vt iubes, hæc addo: Videri tempus non adeò religiosè ac utiliter expendi colligendis Excerptis. EVLOG. Hæc quidem, Faustine, commodius retinisset silentium. Caue hinc idem tibi occinam, quod Apelles Alexandro Macedoni de coloribus imperitè multa differenti, silentium comiter suadens: Aut file, ait, aut pueri, qui colores terunt, te ridebunt. Tunc tēporis prodigentiam hinc obijcias? Re nullā vtilius expendes tempus quàm conficiendis Excerptis. Illud verissimè tempus est non solum prodigere, sed studio perdere, libros otiosè voluere, multa legere, nihil excerpere, nihil memoriæ recondendum seponere. Hæc vera temporis iactura est, legisse, & aut nihil retinuisse, quod diu inhæreat, aut nihil excerpisse, quod vsui futuro seruiat. Si temporis pretium æstimare noris, nil vniquam leges, nec quidē animi causâ, quin simul excerpas. Otiosa, vana, nugatoria est lectio, cui nulla miscetur scriptio. Nisi Thomam Kempensē aut similes legas. Quamuis nec hanc quidem lectionē velim annotationis omnis expertē. At sunt, qui studiosos se putent, cum libro signum infixerint, eumque fecerint stigmatam. Ohe libellum miserum! ohe, quem
tales

tales fauciant iniuriæ. Nam vngue codici
notam imprimere, pagellæ auriculam infle-
ctere, atramento aut minio, quæ placent,
inducere, pigritia est prorsus sordida, &
maximam partem inutilis, ac superuacanea.
Quid libros his contumelijs incestamus? Ex-
iguum, aut nullum est memoriæ subsidium,
& magna libri infamia. Si quid notatum vis,
breuiter exscribe, & librum præsta immunem
ab hoc dedecore.

Si quid tragularum, Faustine, superest,
pharetram omnem vacua; concute fecun-
dum pectus, & obiectiones sparge toto
plaustro.

FAVST. Restat vnica, sed non hebes, vt
arbitror. Octauam ergo tragulam emitto:
Sunt hoc æuo scriptorum panè omnium in-
dices copiosi, indices optimi. Quid fatiger
frustra? ac indicibus petam; quod lubet dis-
cere.

EVL. O G. Has voces iam noui. Hoc pigri
aut iuuentuli ab experientia inualidi dicunt.
Noui ergo imperitissimos hosce fermuncu-
los. Sunt adolescentuli vix litteris primis le-
uiter tincti, qui his sese inanijs quietos red-
dunt: Ad indices, aiunt, contugiemus, & erue-
mus inde non graudi labore quidquid placu-
erit. O boni pueri, erratis toto celo. Consiliū
indiculū & vanum. Expertus sum ego ipse sæ-
pissimè,

D 3
a Virg l. 7. Æneid. circa med.

Excerpta?
Septimam
tatuera:
mpus non
colligēdis
Faustine,
Cauē hīc
Alexandro
ulta disse-
ut file, ait,
bunt. Tu-
as? Re nul-
conficien-
us est non
ere, libros
excerpere,
ere. Hæc
& aut nihil
hil excer-
i temporis
uam leges,
l excerptas.
cui nulla
Kempensē
nc quidem
s expertē.
cum libro
nt stigma-
ac, quem
tales

ſæpiſſimè, inter indices plerumq; id minimè
 inueniri, quod maximè quæritur. Non dicā,
 quod amplius eſt, à plurimis ipſā quærendi
 artē ignorari, præſertim cum indices ſibi ſint
 diſſimillimi. Sed neque hîc indices in jus am-
 bulare cogam, qui ſæpè fallunt, & ludificant
 quærentem falſis numeris; non rarò magnum
 quid pollicètur, & vix pauculas repræſentant
 voculas. Quoties totas horas, totos imò dies
 ieiunus & auidus ſcrutator indices perueſti-
 gat, & vix quidquam, quod ad rem ſit, expiſ-
 catur; oleum perdit, & operam ludit. Quid?
 quòd auctores plurimi, eos indices, quos
 ſuis libris attexunt, non ipſi conficiant, ſed id
 genus operæ alijs committant. Hinc errores
 in indicibus innumeri. Hoc autem creber-
 rimè fieri, certò mihi conſtat, Quid verò fa-
 cias libris illis, qui quidem optimi, ſed nullos
 habent indices? vndique repulſam ferimus.
 Verùm, vt ſint iſta, quæ opponebas, veriſſima,
 numquam tamen alienis tam iucundè, nec
 tam appoſitè, neque vtilitate tantâ, vt noſtris
 vtimur. Et, ô mi Faſtine, ſerum nimis eſt,
 cum monſtranda eruditio, eam ex alienis li-
 bris, aut librorum indicibus conari effodere.
 Negotium anceps & reuera fallax eſt, velle
 fieri eruditum eiſcemodi Elenchis & No-
 menclaturis.

Sed omnes pulchellas rationes iſtas exco-
 gitat pigritia. Hæc, vt ſcias, nonnumquam
 inge-

ingeniosa est, præsertim in sui patrocibium. Quòd Excerptendi curam auersemur, ratio pænè vnica hæc est: Odimus laborem & fugimus. In eo res vertitur; a pigri sumus, & molestiã enotandi nolumus subire; ideo legimus, & nihil nobis seligimus, vt non laboremus. Operosum nobis videtur semper ad manum habere chartã, calamum, atramentum, & inter legendũ, modo sellã surgere, modò has, modò illas chartasprehendere, lectionem turbare, scriptionem interiuungere. Lectores esse otiosi volumus. Ira dum alimus desidiam, fouemus ignorantia. Hoc vno nobis blandimur, quòd multa legerimus. Optimè dixit Aristippus: Nò, qui plurima comedũt, ij perinde sani sũt; itẽ, non qui plurima legunt, ij perinde docti sunt. b Apage mihi otiosulos lectores illos, qui animi tantũm, voluptatis, & otij causã legunt, qui, vt tẽpus, fallãt, librum arripiunt, & quod fors obtulerit, curiosis oculis percurrunt. His omnibus illud Plinij insusurrandũ: Poteratis, ò boni, has horas non perdere. Quæ enim hæc lectio est, quæ nihil in Aduersaria, nihil in scrinia recondit, quæ obliuioni & ventis spargit, si quid boni seminis repertum. Idem isti faciunt, quod qui multum edendo ingerũt, & nihil digerũt. Vt concoquas, sic comedes; vt excerpas, sic lege. Hoc litterarũ suppel-

D 4 pelle-

a Da ligt der Haß im Pfeffer.

b Laert. in Aristip.

pellectilem parat, hoc seriam eruditionē conciliat. Non caret res labore, fateor, quid autē magni sine hoc mortalibus venditur? Noui ego complures mediocri ingenij, homines, qui per hanc ipsam Excerptorum industriam euaserunt ad magna. Quod illis nec memoria, nec ingenium contulit, id liberaliter Notę dederunt & Excerpta. Hoc verē tuum est, quod tuum feceris annotando, hoc tibi utilissimum experieris, quod in tuam extraxeris utilitatem excerpando.

In primæ partis coronidem do testem virū doctissimum Franciscum Sacchinum, qui hanc ipsam Notandi sollertiam summē approbans, his omnino verbis: Maximi, ait, quique viri & commendant, & adhibent sedulā Excerptendi curam. Profectō fidem superat, si quis & accuratē, & continenter scripto conseruet, quidquid constans lectio memoria dignum in dies offert, quanta, quā breui egregiarum rerum copia congeratur. *a*

Verissimum est, & oraculum puta. Testes adiungo mihi familiarissimos, qui mirari se aiebant, & verō etiam letari litterariam supellectilem suam tam suauiter, tempore non ad eō multo è Notis creuisse. Leuibis impendijs licet hic ditescere, Faustine non legendum tantum, sed & excerpendum. Atque hæc præfari oportuit. Iam constat, ni fallor, Excerptorum

a Sacchin. de Ratione libros legend. mihi p. 76.

rum necessitas, quæ autem eorum methodus,
& quomodo excerptum sit, parte altera
trademus. Atque ita iam diem deduximus ad
umbilicum. Pars altera in promeridianum
tempus commodè rejicietur. Tu verò meus
hodie conuiua eris. Sed morem meum nōstis,
nec Plautinum illud ignoras: Propter te vici-
nia non videbit maiorem fumum. Eamus;
vocat mensa, sed, quod præmoneam, frugalis.

PARS ALTERA.

Excerptorum Methodus,

seu

Quomodo Excerptum sit.

CAPIT I.

Ingressus ad sermonem de Excerptorum modo.

VLOGIVS: En vuas, Faustine, per
hiemem seruatas: præludamus famæ
hac promulsidè. FAUST. Quid hoc
noui moris in tua domo? Alibi vin-
demiam secundis mensis inferunt inter bel-
laria. Hic ferculorum omnium anteambulo-
nes sunt vuæ. EVLOG. Memoriã mihi refricas:
vuæ ambulantis, quam mea mihi Excerpta, ni-

D

S

fal-

p. 76.

fallor, explicabunt. Sed prius accusatio, de more nouo, amolienda. Hoc cine tibi peregrinum, aut nouum videtur, in prandij caput apponi uuas? Medicorum placitis fit. Aiunt stomachū eo succo, præsertim si recentes sint uuæ, non malè initiari, cum ad acuendā appetentiam, tum ad aluum ducendam. FAUST. Ut sese dant initia, non tam dapes hodie, quàm eruditionem prandebimus. Pareamus ergo Medicis, & uuas præmittamus offæ. Bromius præcedat Cererē. Sed tu interim, quæso, quod de ambulante uuâ cœperas, exequere. Prodigium luculētum, si uispiam uuæ ambulāt. EVLOG. Quis sapit hæc gustatio? FAUST. Puto Apianas esse, adeò dulces sunt. EVLOG. Nec mea familia, nec aues id nesciunt, nam & illa, & illæ valdè appetunt hoc genus vitis. Et quod sanè lepidum est, cum domesticos furtiuæ uellicationis insimulo, culpam in aues regerunt; si aues loqui scirent, domesticorum gulam accusarent. Tu botrum hunc totum iugula; modò sapiat. Hospiti hæc uictima debetur. Ceteri missus non obruent te.

De ambulante uuâ, & legere me memini, & Excerpte. Heus puer porrige sis Aduersaria illic, & Lemmata cum indicibus. Huc oculos, Faustine, & animum: cerne paginam Aduersariorum centesimam quinquagesimam quartam. VVA AMBVLANS maiusculo caractere scriptum. Explicatio hæc est. Eri-

naccus

a Muscateller.

nacens erga suos catulos sollicitus paterfamilias, non patitur deesse illis pabulum, quod furto aut rapto colligit. In curam hanc intentus ingeniosè prorsus furatur. Nam sub adultum Autumnum ad vites perrepens vuarum baccas pedibus in terram decutit, quas, sese circumuoluens, spinis excipit, deinde in cauernam suam descendens illas catulis suis præbet decerpendas. Hoc nobis omnibus aliquando spectantibus & admirationem mouit, & risum. Echinus verò sic acinis onustus speciem exhibuit vuæ ambulantis. Vin' & aliam explicationem?

Insigniorem vuam vnus aliquis Macario Alexandrino a detulit beneuolentiæ argumentum. Macarius, qui seipsum odisse, & gulam substringere iã didicerat, vicino suo, qui fractioris videbatur esse valetudinis, vuã obtulit. Ille humaniter gratias egit huic amoris officio, sed quia vicinum suum hoc edulio digniorem, quàm se credidit vuam retinere nefas censuit, & pertulit ad eum, qui proximus habitauit. Sed & iste obsequiosum hoc honoris ferculum alteri mittendum duxit. Et ille rursus ad alium, & alius iste iterum ad alium, & ita deinceps alter alterum sese potiosem ratus, oblatum munus porrò ambulare iussit. Sic vuæ per tuguria plurimorum valde distantia ambulans ad primum redijt.

D 6

dum

a *Qui iunior Ægyptio.*

usatio, de
tibi pere-
dij caput
it. Aiunt
entes sint
ndã appe-
AVST. Ut
e, quàm
nus ergo
Bromius
eso, quod
e. Prodi-
ulât. Ev-
. Puto A-
og. Nec
m & illa,
vitis. Et
icos fur-
n in aues
sticorum
ac totum
tima de-
memini,
s Aduer-
us. Huc
paginam
quagesi-
aiusculo
est. Eri-
nacens

dum ignorarent singuli, qui primus mittere cœpisset. Macarius sibi, suisque gratulatus de tam nobili continentia atque amoris specimine, Deo gratias egit. Sed nec ipse quidem hanc ambulantiem vuam vel libare sustinuit, in qua totalij, charitatem & temperantiam exercuissent. ¶ En, Faustine, ambulantiem vuam. Hac etymologia ferculum, aut poculum, quod in mensa obit, ambulans cibus, ambulans calix congruè vocatur. Hæc mea mihi suggerunt Aduersaria. Addo aliud ex iisdem, pagina centesima septuagesima.

Turcæ vinum non bibunt, præsertim cum habent spectatores. In abdito, cunctisque arbitris remotis legem violare, non ducitur religioni, dummodo potator suos sibi oculos & linguam fideles spondeat. Licet ergo liquorem vitis ex lege non bibant, vuas tamen comedunt quouis tempore recentes. Sed eas sic seruant: Dolioli fundum sinapi folijs sternunt, dein botros imponunt; iterum miscent folia, iterumque racemos, dum doliolum impleatur. Ut autem quidquid hinc vel aëris, vel vacui est excludatur, mustum affundunt, & arculam diligentissimè obturant. Hinc media hieme vuas eximunt, velut à vite

re-

a *Ruffine Aquil. c. 29. apud Rosveid. mihi*
p. 481. Pallad. c. 20. mihi pag. 721.

recentissimas. Liceat paucula de vuis attere-
re, vt Excerptorum vtilitatem, vel hinc etiam
discas.

Affirmat Plinius in interiore Africæ parte
botryones ac vuas nasci tam grandes, vt in-
fantium puerorū magnitudinem exuperēt *a*.
Nil supra fidem locutum autumo. Nam di-
uinæ paginæ auctoritas astruit, Palestinæ bo-
trum ea mole fuisse, vt illum vix duo viri ex-
Nechel-Escol ad Israëlis populum in vecte
detulerint, ad fertilitatem terræ testandam.

Nicolaus Christophorus Radziuill Prin-
ceps Polonus, Eques Hierosolymitanus, cum
in Palæstinam haberet iter, Alexandriae vuas
Rhodias non spectauit tantum, sed & comē-
dit. De harum magnitudine oculatus testis
affirmat; acinos earum esse ad instar nostra-
tium prunorum *b*, illarum verò longitudi-
nem tres partes vlxæ nostratis exæquare *c*.
Hic botrus vnicus non prandij pro ludium,
sed cena sit aut prandium.

De vuis pensilibus quæ multo tempore as-
seruari solebant, vt mea mihi lemmata di-
cunt, mentionem facit Aurelius Macro-
bius lib. 4. Saturnalium c. 20. Hieronymus
Mercurialis l. 4. Variarum lectionum c. 11.

D 7

Isaa-

a Plin. l. 4. Natur. histor. cap. 1.

b Weynsere Pflaumen.

*c Drey Viertel lang von einer Elen. Ita Radziuill,
in suo Hodæporico, ep. 3. mihi p. 191.*

Isaacus Casaubonus in Athenæum. En gustulum ad pomeridianam dissertationem nostram de modo Excerptendi. Sed seponamus tantisper ista, dum fami dentes excusserimus. Dum calet cibus, sapiet.

CAPVT II.

Leges paucula ad Excerptendum scriptæ.

EVLOG. Parentatum est, si non gulæ, saltem fami. Ergo ad rem. Excerptendum esse diximus. Nunc porrò dicamus, quomodo fit excerptendum. Leges ad Excerptendi methodum præmitto.

Excerpe,

1. MATVRÈ.
2. CVM IVDICIO.
3. ASSIDVÈ.
4. SELECTA & NOTATV DIGNA.
5. EXCEPTA subseciuus horulis RELEGE.
6. EDISCE quædam, non tantùm EXSCRIBE.
7. FINEM studiorum attende.

Singula hæc paucis explico, & quid hæc leges sibi velint, summatim ac breuiter instillo.

1. Excerptendum MATVRÈ. Si fieri potest, à puero, & ab annis vegetioribus in hanc curam totâ mente incumbe. Tanto namque copiosior erit supellex, quantò studium huius industriæ fuerit diuturnius. Vt illis, qui ad medicinam designantur, iam in ipsis cunis datur
ple-

plectrum, & laceratæ citharæ nondum omnino soluta compages, vt infantibus ipsa lux non sit antiquior, quàm paternæ artis rudimentum: ita conducit hoc studiorum genus quàm maturrimè inchoare. Nil tamen obstat quin senex & grandæuus hoc artis compendium ordiatur. Præstat seriùs, quàm numquam incepisse.

2. CVM IUDICIO. Hic Rhodus, hic saltus, hic omnis excerptorū cardo vertitur. Quid transeas, quid Excerptas, è quibus auctoribus, quo titulo præfixo, quo lemmate adscripto, quâ classe quiduis recipias, noueris. Iudicium huic rei aptum hic commonere, non autem dare possumus. Absit iudicium, & labor ceteroqui utilissimus non multum commodabit: iudicio res fiat, & laborem fructus non leuiter superabit. Vitij est omnia & obuia quæuis excerpere; sed longè maioris est vitij nihil excerpere. Malim te in illam, quàm istam culpam incidere. Hic ergo sæpius monendi sumus: Quod facis, fac cum iudicio.

3. ASSIDVE. Nec tantum lecta, sed etiam audita, quandoque etiam visa, in Notas referenda. Dicere solebat natu maior Plinius: Nullum esse librum tam malum, vt non aliquâ ex parte prodesset. Stylus itaque numquam è manibus dimittendus, &

scri-

a Plin. luv. l. 3. epist. 5. ad Macrum.

gustu-
m no-
namus
ufferi-

la, fal-
endum
omo-
pendi

S RE-

m Ex-

e leges
lo.

potest,

nc cu-

ue co-

huius

ad fi-

datur

ple-

scribendi assiduitate, quod initio difficile videbatur, in naturam mitiorem cogendum: veluti feras cernimus sæpius manu plausas saltus & nemora dediscere. Quātō constantior fuerit hæc studēdi sedulitas, tantō maior erit excerpēdi agilitas. Omni ergo lectioni misceatur enotatio. Nec vllum censuerim legendum librum, quin simul etiam excerpendum.

4. **SELECTA & NOTATA DIGNA.** Nec enim omnia, vt dixi, in Notas trahenda. Quod obuium, quotidianum, protritum, millies decantatum est, sine damno transiri potest. Quamuis non rarō in communissimis hallucinemur: nam licet ea sciamus, auctorem tamen, & librum, librique caput, aliaque rei attributa ignoramus. Ideō multa non quasi nota & inuulgata spernenda, sæpē nec communissima legenda sunt. Illos, qui hac in re nimij, & obuium quiduis in Excerpta rapiunt, perstringens Gellius: Græci maxime, inquit, multa & varia lectitantes, in quas-cumque res inciderent, alba, vt dicitur, linea, sine cura discriminis, solam copiam sectati conuerrebant. Ergo selige, & excerpe.

5. **EXCERPTA** horulis subseciuis **RELEGE.** Ad sequentem lex ista spectat. Sic enim memoria firmatur, quando non solū exscribimus, sed exscripta cum opportunum, re-legimus. Sic pleraque omnia & voluptati
erunt.

a Gell. l. 20. Noct. Attic. c. 11.

erunt legere, & cultui legisse, & vsui memi-
nisse. Incredibile dictu est, quantum mix-
tura hæc lectionis, memoriæ, scriptionis
ad omne studiorum facultatem conferat.
Qui nullas hoc genus vigilias vigilârunt, vix
vniquam eruditionis mediocritatem superâr-
runt. Vigilijs hæc opus est, non militaribus &
rigidis, sed Socraticis & nemini non facili-
bus.

6. EDISCE quædam, non tantum EXSCRI-
BE & RELEGE, idque memoriæ colendæ,
quæ augetur, cum frequentius exercetur.
Idcirco illustriora non tantum scribenda,
& Notis inserenda, sed insuper etiam edis-
cenda iudico. Non enim cum Excerptum
dico, exercitationem memoriæ negligendâ
censeo. Alterum ab altero iuuetur. Memoriæ
opitulentur Excerpta, his illa suppeditet ad-
jumentum. Hinc ista in familiari vsu, colloquijs
eruditis, scribendis litteris, disputationibus
priuatis & publicis dextrè misceri possunt,
quò altius memoriæ inhæreant.

7. FINEM studiorum ATTENDE. Cum hoc
Excerpta sunt commetienda. Nam aliter Phi-
lologus excerpit, aliter Orator, aut Concio-
nator, aut Iurisconsultus, aut Astronomus, a-
liter Medicus, aut Theologus, Ad sua quisq;
studia hanc annotandi operam attemperat,
quod breuè vberius dicemus.

cile vi-
am: ve-
as saltus
ior fue-
erit ex-
miscea-
endum
m.
IGNA.
abenda.
tritum,
transiri
nuniſſi-
is, au-
ut, alia-
alta non
epè nec
qui hac
xcerpta
i maxi-
in quaſ-
itur, li-
iam se-
xcerpe.
RELE-
ic enim
exscri-
um, re-
oluptati
erunt:

CAPUT III.

*Tres Excerptorum classes faciendæ, suis cui-
que assignandus Index.*

Hic Faustine, seriò velim animum aduer-
tas. Id iam docendum, quod principiò
maximè visus es expetere. Modus excerp-
endi nunc tradendus est. Tres aio faciendas
classes, & suum cuique Indicem assignandum.
Quidquid enim notatu dignum videtur, aut
in LEMMATA, aut in ADVERSARIA, aut in
HISTORICA Excerptum. Singulas classes
sub aspectum dabo. Nunc eas breuiter, ne pe-
regrinæ videantur voces, explico.

I. Classis, LEMMATA. Sic appello. Huc
spectat, & in hanc classem referendum, quid-
quid historia non est, & fusè non exscribitur,
sed annotatur tantum auctor, liber, caput, vel
paragraphus, pagina, &c. Additis subinde vo-
culis seu clausulis: *Hic breuiter, Iste fusè, Ille
optimè.* Huc præcipuè spectant virtutes, vitia,
omniaque alia, quæ in sermonem familiarem
adduci solent. Exempli gratiâ: Cælum, Side-
ra, Meteora; item Beatitudo, Cælites, Ele-
menta, Animantes, Volucres, Quadrupedes,
Pisces, Arbores, Montes, Metalla, Bombar-
dæ, Horologia, Campanæ, Musica, Coronæ,
&c. Infinita talia, quæ disceptationi homi-
num subijciuntur. Sed speciem Lemmatum
sub oculos ponam singulari capite.

II. Classis, ADVERSARIA. Hoc illis do no-
men.

men. Huc spectat & in hanc classem enotandum, quidquid historia non est, sed tamen (nota discrimen à priore) paullo fusius exscribitur. Additis pari modo, auctore, libro, capite, paginâ, &c. In hanc classem potissimum referuntur Ritus prisca, Epitaphia, Descriptiones insigniores, Sententiæ, vel Dicta, vberius explicata, Rara, Admiranda, Noua, Vetera. Si tamen hæc, vt dixi non sint historiae, & plusculis verbis excerpantur. Exempla horum infra dabimus, vt nemo sit, qui ea non facili negotio capiat.

III. Classis, HISTORICA. Sic classem tertiam vocemus. Huc spectat, & in hac classe collocandum; quidquid historia est, vel (vt pueri loquuntur, exemplum, siue id fusius exscribatur, siue non. Notatis pariter auctore, libro, capite; diligentiores etiam paginam obseruauit. Tribus his classibus triplex accommodandus est index in libro chartaceo, sed separato, vt docebimus.

Hæ classes ita constitutæ sunt, vt quidquid in lectione occurrit excerpendum, notatu dignum, in vnam illarum possit excerpi. Quidquid enim historicum est, ad HISTORICA: quidquid historicum non est, sed vel ritus prisca, vel simile quid, & cum explicatione aliqua videtur inscribendum, ad ADVERSARIA spectat. Quidquid aut historicum non est, sed virtus, vel vitium, vel res aliqua quacumque, de qua possit institui sermo, ad LEM-

ma-

MATA pertinet, si quidem auctor tantum sit notandus, qui eius rei mentionem faciat. Res erit clarissima, vbi non auribus tantum, sed & oculis loquemur.

Hac autem enotandi methodo, vel centum, vel sexcentos auctores diuersorum idiomatum die vno legere possum ordine prorsus imperturbato. Nam in dictis tribus his classibus nihil attendendum ad ordinem: quos loco venerit, eo recipiatur; in solo indice ordinata series Alphabeti obseruanda. Nec opus magnis chartarum voluminibus, modò vnicus liber chartaceus a triplici destinetur Indici. Ceterarum trium classium quæuis à quaternione duplicato faciet initium. Cum duplicatus hic quaternio fuerit impletus Notis, alius atque alius ei addendus. Nunc singulas classes istas oculis exhibeo; idque practice prorsus & mechanicè (da veniam fuliginosis oculis) aliter certè hæc talia non capiuntur.

a In octauo, vt bibliopogorum pueri solent loqui.

C A P V T IV.

LEMMATA quâ ratione sint facienda.

VT promissis item, Faustine, institutione planè practicam, atque mechanicam accipe. Duo sint quaterniones chartæ, complicati in quarto (vt bibliopolarum officinæ loquuntur) sibi met inserti, habeantque lati ores paullo margines; his præfige titulum,

L B M-

LEMMATA. En tantillæ molis est Excerptis initium dare. Si duos tantummodò quaterniones habeas, sat chartarum, sat libri est. Vbi duos quaterniones illos impleueris, alios illis atque alios appone, prout multum exceperis. Ita hæc res in infinitum potest crescere sine vlllo chartæ dispendio. De indicibus infra singillatim agemus Habemus chartam rei destinatæ idoneam; præfixa frons est, LEMMATA, iam inscribendi modum, & ipsa LEMMATA, seu titulos Lemmatum, nullâ ordinis ratione, habitâ subiungo. Exempli gratiâ.

LACRYMÆ, & quidquid ad illas. De his Cæsar. Baronius tom. 2. an. 253 numero 80. & an. 254. nu. 55. Thamuz idoli. concaui. oculis infusum plumbum, & accensus intus ignis, vt idolum flere videretur. Hieronymus Prædus tomo. 1. in Ezech. ca. 8. sine omnino. B. Genuefa quoties cælum suspiciebat, flebat. Zacharias Lippeloo tom. 1. die 3. Ian. De Annibal's risu inter flentes, Liuius lib. 30. fine. De lacrymis Chryostomus hom. 1. in Epiphan. Domini. Pererius tom. 4. in c. 37. Genes. vers. 33. Psal. 118. vers. 136. Vide Commentatores Bellarminum, Lorinum, alios. Eleganter dictum: Nimum risûs pretium est, si cum probitatis impendio constat. Cum in arce Apollinem triduo lacrymasse duo æditimi Romæ nuntiarunt. Liuius lib. 43. Perseus pro cõcione dicturus lacrymis impeditur. Liuius lib.

tum fit
iat. Res
n, sed &

ve' cen-
n idio-
a pror-
us his
m: quo
indice
Nec o-
modò

tinctur
æuis à
Cum
us No-
ne fin-
e pra-
fuligi-
n capi-

et loqui.

a.
utionē
am ac-
mpli-
næ lo-
lati o-
ulum,
L B M-

lib. 44. fine, & l. 45. initio Sortis humanæ memor lacrymat Æmilius: Iuliana virgo Martyr rogum lacrymis extinxit, Lippeloo die 16. Feb. De lacrymis Athanasix idem 26. Feb. Ericius calidis aquis necatur; ita dæmon lacrymis. De lacrymis Bellarmin. lib. 2. de Pœnitentiâ c. 11. De diuinæ Matris lacrymis iuxta crucem stantis, Delrius in Opere Mariano, sacrâ lectione 4. propius finem, vbi de pulchritudine Christi. Soror in sororis funere sanguineas lacrymas fudit, idem Delrius Polemica 2. Marcellus expugnatis Siraculis fleuit. Valerius Maximus l. 5. c. 1. Iul. Cæsar illacrymauit capiti Pompeij hostis capitalissimi, ibidem. Lacrymæ legati ad Deum; Lacrymæ, oratio sunt efficacissima, Maldonatus in c. 2. Ioan. v. 13. De Xerxis lacrymis, spectato exercitu, Valerius lib. 9. c. 13. Alexander Macedo illacrymat funeri coniugis Darij, Curtius l. 4. post med. Darius etiam velato capite diu plorat. Lacrymæ viduarum ex oculis in cælum subaliunt, Ecclesiastici cap. 35. v. 17. ad v. 20. illustris locus. Regius puer fleuit quòd mensulam in qua Darius comedisset, Alexandri pedibus subijceret. Curt. l. 5. Alexandro Magno occurrunt quatuor millia Græcorum, quorum alij pedibus, alij manibus, auribusque mutili, frontibus iniusti lacrymas lacrymando prouocant. Curtius lib. 5. Crocodili lacrymæ, quales apud Darium Nabarzanis & Bessi.

Cur-

Curtius lib. 5. prope finem. Vbi simulatissimis lacrymis rex etiam illacrymauit. Alexander obortis lacrymis queritur de militibus in patriam redire cupientibus. Idem lib. 6. initio. Exercitus omnis lacrymatur. l. eodem med. & l. 9. post init. Alexander super Clyti à se interfecti corpore acerbè plorat. Idem lib. 8. initio. Cum Perdiccas diadema vestemque Alexandri cum armis & annulo sibi tradito in sella regia posuisset; illorum aspectu omnibus obortæ lacrymæ integrauerunt luctum. Curtius lib. 10. *Obserua, Faustine, non tantum lectum à me Curtium, sed etiam excerptum. Illud etiam nota, nil horum de lacrymis in indice Curtiano positum, I nunc, & indicibus fide, quos ad eò laudasti. Sed pergo.*

De visu Sardorum misto lacrymis, Pacatus in Panegyri ad Theodosium. De lacrymis Christi, Maldonatus & Alvarez tom. 1. de vita Spirit. & Hieronymus Natalis die Palmarum. Francisc. Borgia in opusculis. Alij. De lacrymis copiosè & bene Alphonsus de Horosco, in Horto sacro, cap. 21. c. 22. c. 23. c. 26. Azot. tomo 1. l. 3. cap. 14. Clarus Syluius Commentario in 12. tabular. leges, cap. 24. Homo cum primùm plorat, vigilat; cum primùm incunis ridet, dormit. Cardanus lib. 8. de Rerum varietate cap. 43 propius finem. De singulari dono lacrymarum in fine Religioso, Ioan. Nyder. l. 4. de Formicis, c. vlt. Brasilienses
caro-

carorum aduentum, circumdatis collo brachijs, appresso ad pectus capite, cum effusâ cōploratione, aliisque suspirijs primùm excipiunt, viæ laborem & incommoda commiserantes: momēto dein siccant oculos, habētque lacrymas in potestate. Maffeijs lib. 1. hist. Ind. De virgine per lacrymas curatâ, Bredenbach lib. 4. Collat. sacrar. c. 7. De primis lacrymis infantis, Gueuarrae *Zeitkurzer*. De lacrymis & illarum origine, Gueuarra lib. 1. epist. materteram super catelli funere consolans. Narses qui Galliam subegit, Germanos vicisnumquam pugnavit, quin priore proximâ nocte fleuerit. Ibid Non absurdè dixit Regina Ehiquti mater: Dignum est vt fleant sicut feminae, quia non pugnaverunt sicut viri. Gueuarra lib. 2. epist. Vbi de regno Granatensi. De lacrymarum & fletûs utilitate, l. 3. epist Ptolemæus Philadelphus Ægypti Rex, cum ei libri sacri, quorum magno desiderio tenebatur, litteris aureis descripti porrigerentur, ingenti lætitiâ velut ebrius illacrymavit vbertim. De la Cerda in li. 1. Virgilij, Versum, Constitit & lacrymans, &c. Alexâder Aphrodis. Problem. lib. 1. ca. 32. Lacrymas Orphei, & quæ similis notæ sunt, transeo. De pijs lacrymis Meffret serm. 1. Dominic. 1. post Epiphani. & feria 6. post Domin. Oculi, & feria 4. post Dom. Lætare. De tyranno qui primò sermone, dein nutus, tandem & lacrymas vetabat.

Phi

Philipp. Bosquier. in Arâ Cæli Conc. 23. cap. 1.
 Imago Crucifixi per aliquot dies visa flere.
 Henricus Spondanus anno 888. numer. 5. Ra-
 mirus Rex sub vitæ finem cum lacrymis cla-
 mauit: Nudus egressus sum, &c. Spondanus
 anno 950. Otho III. Imperator palàm lætus
 erat, sed ob monita Beati Heriberti occultè
 ingemiscebat & flebat. Spondanus anno
 1001. num. 7. *Hunc compendij causâ nomino.*
qui Casarem Baronium traxit in compendium.
Sed vterius paullulum. Hipponensis Virgo,
 cum se oleo perauxisset, cui pro illâ orans
 presbyter instillauerat lacrymas suas, mox a
 dæmonio sanata est. August. tomo 5. l. 22. de
 Ciuit. c. 18. mihi pag. 298.

Pachomius nocte totâ sudans & lacry-
 mans orauit, vt manè riui cerneretur in pa-
 nimento. Heribert. Rosvveydus lib. 1. in illo
 cap. 15. plura c. 38. & 52. Quidam per annum
 integrum seipsum defleuit. Sebast. Barradius
 tomo 1. lib. 10. c. 17. De lacrymis in oratione,
 Dux spiritualis Ludouici de Ponte part. 1.
 tract. 1. c. 17. maximè pag. 280. Mirificum ac
 singulare lacrymarum donum habuit Dom-
 nina. Rosvveyd. pag 850. col. 2. De Iuliani
 Sabæ lacrymis in fontem versis, idem pag.
 796. col. 2. De lacrymis bene Maluenda in
 Speculo Principum l. 1. c. 2. Diæta salutis Bo-
 nauenturæ. Lacrymæ ceruorum in pharma-
 copolijs afferuantur. De lacrymis Petaldus

collo bra-
 effusâ cõ-
 nium exci-
 commise-
 s, habent-
 s lib. 1. hist.
 â, Breden-
 imis lacry-
 e lacrymis
 epist. ma-
 olans. Nar-
 nos vicit,
 e proximâ
 dixit Regi-
 fleant sicut
 sicut viri
 regno. Gra-
 tilitate, l. 3.
 Egypti Rex,
 o desiderio
 porrigerẽ.
 llacrymauit
 ilij, Versum
 der Aphro-
 s Orphei, &
 e pijs lacry-
 ost Epiphan.
 feria 4. post
 imò ser. no-
 nas vetabat
 Phi

in Summâ virtutum, &c. tom. 1. vbi de beatitudine luctûs. De his multa optimè Didacus Vega in Psalmos Pœnitent. & in concionibus de Quadragesimâ. De his Bosquier part. 4. Academiæ, conc. 16. pag. 309. & seqq. vsque ad pag. 317. Plus nos ridere, quàm flere, idem in Ientaculis sobrijs, conc. 8. initio, & conc. 15. c. 2. pag. 579. & conc. 16. c. 1. pag. 637. & seqq. De lacrymis fictis non sponte cadentibus, sed extrusis vi, Sanctius in l. 2. Regum c. 11. pag. 686. fine. Alexander Macedo cum sibi multa de matre scripsisset Antipater: Ignorat Antipater, inquit rex, vnicam matris lacrymarum multarum calumniarum epistolâ deleturam. Plut. in Alexandro. Diuinæ paginæ fontes patent omnibus. Nimius sim, imò infinitus, si sermonem omnem de lacrymis huc traham. Illud in Biblijs illustre: Flens David, & vniuersus populus cum eo plorans ascendit in collem oliuarum, 2. Reg. c. 15. & l. 1. Reg. c. 30. David & populus planxerunt, donec deficerent in eis lacrymæ.

Huc spectant iuges D. Petri lacrymæ ob negatum Christum: de quibus Bosquier in Notis de Passione Dom. conc. 28. cap. 3. Huc lacrymæ Magdalenæ, cuius oculi velut geminæ fornaces incendiiorum ordinem mutauère: nam qui erant amoris lumina, cupidinistela & fulmina, facti sunt lacrymarum flumina. Sic illa tota in fletus versa, per oculorum

lorum stillicidia guttatim defluebat, vnà & Dominicos pedes abluens, & suas sordes. Huc versiculi,

*Consule tunc oculos, lacrymis albabere fufis;
Hunc habet ad sordes felix Metanœa canalem.*

Huc & alij referendi lacrymarum dono diuines: Qualis beata Monica & filius Augustinus. Arlenius ob copiam lacrymarum semper ad manū habebat linteum, quo eas extergere. De his & Fabonis lacrymis, Rosv vveyd. l. 3 pag 524. B. Adelhardus bis quotidie magno pietatis sensu fleuit. Catharina Senensis triduo lacrymis fluebat. Gertrudis noctes diesq; lacrymis & precibus lociabat B. Domnolus vti mensam numquam sine mendicis, ita aram numquam sine lacrymis accessit. Pijs lacrymis plurimum indulserunt Hilarion, Hieronymus, Franciscus, Dominicus, Ignarius, Anthelmus, Philibertus, Philippus Nerius, vni sanctissimi, Lupus, Thomas, Stephanus etiā Episcopi. Macarius dono lacrymarū potēs, sudario, quo eas absterferat, leprosum sanauit. Eleutherius mortuū ad vitam lacrymis reuocauit. Claræ virgini cōtinuos lacrymarū fluxus cæcitatatis metu diabolus dissuadere nisus est. Hedvvigis princeps Poloniae caeleste epulum numquam sine copiosis lacrymis accessit. B. Teresa his pluuijs crebro rigabatur. De his part. 1. operum Teresæ,

ubi de beati-
mè Didacus
a concioni-
squier part.
seqq. vsque
flere, idem
io, & conc.
pag. 637. &
nte cadenti-
e. Regum c.
edo cum sibi
ater: Ignorat
matris lacry-
m epistolas
diuinæ pagi-
us sim, imò
de lacrymis
e: Flens Da-
plorans af-
g. c. 15. & l. 1.
xerunt, do-
lacrymæ ob
Bolquier in
cap. 3. Huc
ali velut ge-
dinem mu-
ina, cupidi-
acrymarum
sa, per ocu-
lorum

pag. 114. & 116. & 190. Parte 2. operum Teresæ
 pag. 107. & 261. Bruno Archiepiscopus assiduus
 panè riuulis madebat. Engelbertus pariter
 Archiepiscopus exomologesiâ obibat lacrymis
 infusus. Sanctus Anno concionaturus magnam
 vim lacrymarum profudit, & alios etiam ad
 has commouit. Sanctus Nonnus Perlagiæ
 vanissimam diligentiam lacrymis deplorauit.
 De his & alijs innumeris Laurentius Surius,
 Zacharias Lippeloo, Franciscus Haræus.

De lacrymis, Faustine, copiosiora paululum
 Excerpta proposui, nam lacrymæ, principium
 & finis sunt humanæ vitæ. Hæc autem obiter
 & aliud agendo, atque, vt vides, ordine
 neglecto, dum alia quærerem, de lacrymis
 iam olim excerpfi, quæ in indicibus, fat scio,
 non reperies. Ne verò fastidium tibi parerem,
 multa præterij, lacrymis alioqui accensenda.
 Sed Lemmatum exempla subijcio breuiora.

RESURRECTIO. De hac Tertullianus libro
 singulari. Ambrosius tomo 4. Ribera de Tèplo.
 De trinus in Opere Mariano, de Resurrect. Christi
 lect. 13. de Resurrect. Carnis lect. 38. Viegas
 in Apocalypsin. Maldonatus in Ioannem, pluribus.
 Multa Azor. tomo 2. Instit. moral. de Paschate
 Bellarm. tomo 2. l. 3. De Cultu Sanctorum
 cap. 12. de Resurrect. eleganter Minucius Felix
 in suo Octauio proprius finem. Vniuersalis
 Resurrectionis miraculum

culum maximum, Bellar. De Ascensione mē-
tis in Deum gradu II. c. 3. Platonici aiebant
post 36. millia annorum renasci uros omnes
denuò, denuòque morituros, atque hoc ite-
rum iterumque futurum. De Resurrect. San-
chez lib. 8. de Regno Dei c. 3. Suarez tom. 2. in
partem 3. D. Thomæ, disput. 44. & seqq. co-
piosè, &c.

Obserua. Faustine, ad Lemmata rectius fa-
cienda, & meliorem auctorum notitiam, vo-
culas illas subinde inferendas: Hic breuiter,
ille copiosè, iste eleganter, hic optimè. Hæ
annotatiunculæ eò etiam conducunt, ut inter
Auctores possis instituere selectum, & cum
tempus non suppetit inspiciendi omnes,
omnium optimos, aut ceteris meliores con-
sulas. Nec obstat, quin etiam sententiæ, aut
alia eiusmodi ad Lemmata trahantur, id-
que in eam classem, quæ res ipsis cognatas
continet. Vti in proximo lemmate mentio-
nem fecimus Platoniorum, quorum ridicu-
la assertio ad Resurrectionem pertinet. Idem
fecimus in lemmate de lacrymis, frequen-
tius. Sed alia atque alia lemmatum exempla
subiungo, quò res melius capiatur.

INIMICORVM AMOR. De hoc Lorinus
multa in c. Actor. v. 60. Azor. tomo 2. Moral.
institut. lib. 12. Busæi Panariù Bosquier conc.
39. Monomachia Didacus Stella l. 3. de Mū-
di vanitatibus, cap. 9. & seqq. vsque ad cap. 14.

Viexmontius de Pœnit. part. 3. per 4. capp. Inimicos amandos esse, optimè docet octo rationibus Meffret. feria 6. post Cineres serm. 2. Gueuarra lib. 1. ep. 1. Diogenes aiebat, opus esse homini aut fidis amicis, aut acribus inimicis. Quàm vtilis sint inimici, & quomodo ijs benefaciendum, Veridicus Christianus c. 58. 59. 62. 63. 64. De his iucundiora quædam Guicciardini Horæ Relaxat. pag. 211. 222. 310. 448. Vrbes non ab amicis didicerunt alta mœnia extruere, longas naues facere, &c. Suidas verbo Ε'χθρῶν, mihi pag. 361. Cum inimicis edere, affert recôciliationem. Vbi & hoc, Ε'θρῶν ἔδωρα δῶρα. Porta cæli iniuriarum perpeffio; Rosvveyd. pag. 659. Optimè Ludouicus de Ponte, tomo 3. de Perfect. tract. 1. cap. 6. Plurima copiosissimè Hieron. Baptista de la Nuza, parte poster. tract. 4. & seqq. Cur inimicis ignoscendum, rationes 17. adfert Taulerus in Institution. c. 31. pag. 61. De his singularis quædam Carboni Vir iustus, cap. 7. pag. 127. Barth. de Scobar. de vita Ioseph, serm. 4. Cornelius à Lapide in c. 12. ep. ad Rom. pag. 188. Thomas Morus aiebat: Ethnici & ingrati beneficia pulueri; si quid mali patiūtur, marmori inscribūt: Christiani est iniurias pulueri, beneficia marmori insculpere. Ludou. Carbo in Theologia Pract. l. 3. cap. 9. 10. 11. 12. & 19. Alphonsus Auila

Auila tom. 1. conc. p. 145. & tom. 2. pag. 93. & 123. Bellarm. de septem verbis Domini c. 3. & 4. Pantheologia Raynerij tom. 1. pag. 644. Cælius Rhodig. l. 8. Antiq. lect. cap. 17. Valer. Max l. 7. c. 2. Olim urbium medio templum Charitum situm, vt inter ciues esset mutua beneuolentia. Amicitias decet esse immortales, inimicitias mortales. Pulchrè Aug. tom. 8. in ps. 58. pag. 213. & 214. & in ps. 93. pag. 429. & 430. Idem August. tom. 10. pag. 334. & 335. Cassian. collat. 16. c. 24. Chrys. tom. 5. hom. 71. ad pop. pag. 375. Bosquier parte 4. Academiæ, pag. 358. & 587. & parte 5. Academiæ, pag. 259. Mori à persequente, martyrium in aperto opere est; ferre verò contumelias, & odientem diligere, martyrium est in occulta cogitatione. Greg. hom. de Martyr. Disce diligere inimicum, si vis cauere inimicum. August. in psal. 100.

Omitto alios plurimos. Hos ordine confuso, sed eo notavi, quo dabat lectio. Non nego his lemmatibus mistas subinde historiolas, quæ alioqui spectarent ad HISTORICA. Sed hic non anxie agendum, modò excerptamus. Nec obstat quin idem aliquid in plures classes excerptatur, tantò enim firmitus hærebit, & quæsitum certius occurret. FAVST. Sed ego auctores, quos nominasti, nec legi, nec forsan lecturus sum. EVLOG. Non refert: tuos tibi habeas, & ex ijs, quod tibi videtur,

4. capp. Ini-
cet octo ra-
neres serm-
iebat, opus
acribus ini-
, & quomo-
Christianus
ndiora quæ-
at. pag. 211.
icis didice-
naues face-
ihi pag. 361.
ciliationem
Porta cæli
d. pag. 659.
tomo 3. de
copiosissime
parte poster.
noscendum
nstitution. C
lam Carbonis
h. de Scobar
lius à Lapide
omas Morus
cia pulueris
scribunt: Chri-
ficia marmo-
n Theologia
9. Alphonsus
Auila

enota. Addamus vnum alterumve lemma profanius prioribus.

CHORÆ & SALTATIO. De his Lorinus in c. 7. Actor. v. 41. Casaubonus in l. 1. Athenæi. Scaliger in sua Poëtica. Lucianus in suis dialogis, tom. 4. fusè. Dio Chrysoftomus. Macrobius l. 3. c. 14. Petrus Nannius l. 4. Miscellan. c. 22. Cælius l. 5. Antiquar. lect. cap. 3. & 4. Martinus de Rosâ l. 3. Rerum singularium c. 16. Petrarcha l. 1. de Fortunæ vtriusque Remed. cap. 24. Busæus in suo Panario. Rex Alphonsus dicere solebat: Saltatorem & stultum eo tantum distingui, quod ille totâ vitâ; iste, dum saltaret, stultesceret. Guevarra l. 2. epist. pag. 73. & l. 3. pag. 69. vsque ad pag. 80. Vetus dictum: Chorea est circulus, cuius centrum est diabolus, & circumferentia omnes angeli eius. Meffret Domin. Quinquagesima in serm. 2. vbi saltus, ibi diabolus. Cornelius à Lapide à c. 15. Exodi, pag. 436. E SS. Patribus videndi, Ambrosius l. 3. de Virginibus, post initium Chrysoft. tom. 1. in c. 30. Genesios. hom. 56. p. 375. Idem tom. 2. pag. 281. & 363 & 364. tom. 5. pag. 660.

BACCHANALIA & EORVM ORIGO De his Barthol. de Scobar, tom. de Quadrages. circa finem tomi, pag. 826. Quo spectaculo Bacchanalia sunt impedita, Historia Societatis IESV tom. 1. l. 12. nu. 52. Contra Laruatos Petrus Chrysologus serm. 155. pag. 387. De Lupercal-

percalibus Romanis, quæ Bacchanalibus nostris non ab similia, Alexander Neapolit Romanus, alij. De Bacchanal. Delrius in opere Mariano lect. 4. de Passione Dom Polydorus Virg. l. 3. c. 17. Idem de personatis & laruatis l. 5. c. 2. Clarus Syluius commentario in 12. Tab. leges c. 17 & alibi Aphthonius in suis progymnasm Simon Maiolus part. 2. Canicular. vbi de corporis voluptatibus. Idem de laruatis Comitibus miserè vstulatis Colloq. 5. & 6. vbi Hilaria vocat. Quæ ratione Turcæ suam Quadragesimam ordiantur, Dux Polonus Radziuill in suo Hodæporico, epist. 3. pag. 188. De Bacchanalibus Bosquier Tab. 1. Naufragij. Philostratus in Apollonio l. 4. c. 7. & c. & c.

Sialicubi, Faustine, minus accuratè librum, caput, paginam numeravi, da veniam subinde bonus dormitat Homerus. Ante annos triginta & plures cum initium darem Excerptis, nonnumquam leuiore brachio hoc negotium curavi. Pœnitet oscitantia. Quod si numeri a me notati cum libro non consentiant, scito, me fide optimâ egisse. Sed quia editiones diuersæ numeris multum variant, hinc paginae non concordant Sed antequam ad indicem Lemmatum procedam, paucula velim obserues.

3. Hos titulos seu lemmata *Lacryma, Resurrectio, Chorea*, &c. non studio, nec ordine

ve lemma

orinus in
Athenæi.

suis dia-

us. Ma-

. Miscel-

p. 3. & 4.

arium c.

que Re-

Rex Al-

a & stul-

otâ vitâ;

rra l. 2. c.

g. 80 Ve-

ius cen-

a omnes

quagesim-

Corne-

SS. Pa-

ginibus,

. Gene-

g. 281. &

De his

es. circa

lo Bac-

cietatis

tos Pe-

De Lu-

perca-

collegi, sed ea mihi auctores suggesserunt, quos legi. His noua quotidie addo, cū scriptores alia atque alia subministrant. Qua quidem ratione in infinitum augeri possunt.

2. In ipso margine, vt cernis, titulum seu lemma grādiore paullūm caractere scribo, seu vox vna sit, seu plures. Cetera omnia post marginem.

3. Spatium inter lemma & lemma plerumque duorum aut trium digitorum relinquo: eo ipatio impleto, titulum eundem, idemque lemma, si redierit, ibi colloco, vbi post vicinum lemma, spatium reperio. In solo indice diuersarū ac plurium paginarū numeros appono. Dixi hæc talia agrè capi, nisi pragmaticè subijciantur sub aspectum. Et en enorandi formam oculis sisto in hac charta, & vnum tantummodò alterūmve auctorem laudo, relictis spatijs ad alios adiungendos. Exempli gratia.

IVDICIVM EXTREMVM. De hoc Gabriel Inchinus de 4. Nouissimis, parte 2. De hoc eodem innumeros notavi, quos hīc omitto.

AVLÆ, AVLICI, MORES, MISERIAE. De aula Pontificia Scioppius in suo Hypobolimæo pag. 274. De aula Cæsarea Bulengerus fusè ac bene l. 2. de Imperatore Rom. Aulicis præcepta dat Ioan. à Chokier in Auctario Aphorismorum politic. l. 3. cap. 32. à pag. 339. vsque ad pag. 368. Non addo plures, ne minus seruem, quod promisi.

IUDICIUM TEMERARIUM. De hoc Dux peccatorum Granatæ l. 2. cap. 11. Amussis de Recta intentione l. 2. c. 7. Quomodo hoc ferendum sit, Scribanij Politica p. 436. Consultò non plures nomino.

IUDICIUM PARTICVLARE. Qui de eo librum scripserit, neminem scio; qui sparsim illius mentionem faciant, plures. Petrus Thyraeus ne eo differuit, prout in scholis Theologorum mos est. Tu vide Tribunal Christi editum Monachij anno 1632. Latinè & Germanicè.

AMEN. De hac voce profectò plurimi; nomino vnum alterumue: Toletus in c. 3. Ioannis. Sanctus Nestor cum post preces in cruce dixisset, AMEN, expirauit. Lippeloo die 26. Febr. Iulius Mazarinus in psalmum Miserere, &c. conc. 110. & conc. 130. copiosissimè.

NEMO LAEDITVR NISI à SEIPSO. Præter Chrysostrum diuinè de hoc differentem, to, 5. pag. 637. Epictet in Enchir. c. 3. c. 22. c. 26. c. 27. Chilon: Caue tibi ipsi, & caue te ipsum. Taceo tot alios, Bellarminum, Bosquierium, ceteros.

IUDICIA DEI OCCVLTÀ. De his Benedictus Pererius tom. 4. in cap 40 Genes. sine, de pincerna & Pistore Pharaonis. Idem in Danielè l. 3. versu: Omnia iudicia tua vera sunt: & l. 5. versu: Nunc igitur ego Nabuchodonosor. Idem in cap. 11. Exodi, disput. 5. sine.

En idè ad quoduis lemma spatium est relictum, vt auctores secuturo tempore legendi possint addi iam notatis. Quòd si spatium lemmatis alicuius sit impletum, idem lemma, eundemque titulum illic iterum scribo, vbi lemma vltimum est, & vbi notare desij. In indice tantum nouæ paginae numerum appono. Ita & chartæ parcimus, & facillimè, quidquid placet, in suam classem, suumque lemma excerpimus. Addamus paucula de Lemmatum Indice.

C A P V T V.

LEMMATVM *Index quâ ratione
disponendus.*

VTi Lemmata in quarto scribenda suasi, sic Indicem in octauo, vt vocant, disponendum censeo. Qua quidem ratione vnicus liber chartaceus paullò crassior ad triplicem Lemmatum, Aduersariorum, Historicorum indicem conficiendum suffecerit, nisi tu cum malis in duos aut tres libros diuidere: hoc tui arbitrij est.

Dixi ad Lemmata reduci posse omnes virtutes, vitiaque omnia, & quidquid disceptatione dignum familiaribus colloquijs misceri potest, vt breui ostendam. Ille hinc egerit rectissimè, qui ad studiorum suorum finem, quem sibi præfixit, opportunissima excerpserit.

rit. Vitanda verò est infelix illa diligētia, quæ
 rit nugas, & apinas, affaniaſque colligit, vix
 vñquam vſui futuras. Huius generis lepidum
 quid commemorans Gellius: Homo nobis
 familiaris, inquit, in litterarum cultu non ig-
 nobilis, librum grandi volumine mihi dedit,
 doctrinis omnigenis, vt ipſe dicebat, præſca-
 rentem, quem ſibi elaboratum eſſe ait ex mul-
 tis, & varijs, & remotis lectionibus, vt ex co-
 ſumerem, quantum liberet rerum memoriã
 dignarum. Accipio lubens tamquam copiæ
 cornu naſtus eſſem, & recondo me penitus,
 vt ſine arbitris legam. At quæ ibi ſcripta erãt,
 prò Iupiter, mera Grammaticorum miracu-
 la! Quo nomine fuerit qui primus Gramma-
 ticus appellatus eſt: quot fuerint Pythagoræ
 nobiles, quos Hippocrates: Eurychia Tele-
 machum quo genere clauſtri incluſerit, &
 quapropter idem poëta roſam non nôrit, oleũ
 ex roſa nôrit: quæ nomina fuerint ſociorum
 Ulyſſis, qui à Scylla rapti lacerati que ſunt:
 quis adeò verſus ſit, qui per ſingula vocabula,
 ſingulis ſyllabis increſcat: & ex quinque ope-
 rimentis, quibus Achillis clypeus mœnitus
 eſt, quod factum ex auro eſt, ſummum ſit, an
 medium, &c. Hæc atque item alia multa iſti-
 uſmodi ſcripta in eo libro fuerunt, quæ cum
 ſtatim properans redderem: Virorum do-
 tiſſime, inquam, librum hunc opulentiffi-
 mum recipe, nil prorsus ad noſtras paupertu-
 nas

um eſt re-
 ore legen-
 ſi ſpatium
 idem lem-
 am ſcribo,
 are deſij la-
 rum appo-
 facillimè,
 ſuum que
 aucula de

ione:

da ſuaſi, ſic
 diſponen-
 vnicus li-
 triplicem
 oricorum
 ſi tu cum
 re: hoc tu

mnes vir-
 diſcepta-
 ijs miſce-
 hic egerit
 m ſinem,
 excerpte-
 rit

mas litteras congruentem. ^a

En bellam varietatem ridicularum quaestionum, quas scire, aut cum curâ exscribere, operæ non censeam; hæc colloquijs rarò inferuntur.

Vitandus est morbus hominum operosè nihil agētium. Thomas Haselbachius, Theologus & professor Viennensis, quod Æneas Syluius brecentet, duos & viginti annos in capite primo Isaiaë explicando consumpsit, quòd si eadem methodo historiam, quam meditabatur, scripsisset, Antimachi Thebaida longè superasset. Antimachus Colophonius poëta Græcus bellum Thebanum scribere aggressus, viginti quatuor volumina impleuit, antequam septem duces ad Thebarum ciuitatem perduceret. Docta vanitas, & otiosa sedulitas. Cur tempus consumamus nugis, cum illud desit & necessarijs?

Vt autem nôris, lemmatibus, & quod sequitur, illorum Indici non virtutes solum & vitia, sed quæuis alia profana posse misceri, vide initium ad Alphabeti seriem digestum:

Architectura.

Asylum.

Agricultura.

Aquarum admiranda.

Agi;

^a Gell l. 14. Noct. Attic. cap. 6.

^b Æneas Syl. l. 1. epistol. epist. 165.

*Agilitas.**Annus.**Academia.**Ætna.**Aurum.**Acroamata, seu, conuiuiorum ludii.**Annuli.**Amor sui, quàm truculenta bestia.*

&c. &c.

His titulis, seu lemmatibus, in indice adscribendi sunt tituli, qui signent paginam, in quâ lemma perscriptum. Verbi gratiâ, inter lemmata mea hunc quoque enotaui, AFFLIGI UTILE. De hoc lemmate tam multi ac varij auctores scribunt, ideoque toties inter mea lemmata redit, vt ego sanctè iurem his paginis omnibus, quas tuis oculis subijcio: hoc ipsum lemma, *Affligi utile*, impleto spatio reperiri. Nimirum pag. 9. 19. 49. 53. 68. 73. 86. 95. 100. 110. 111. 113. 115. 117. 122. 129. 132. 134. 135. His, inquam, omnibus paginis lemma illud enotaui, adscriptis auctoribus vnâ cum libro, capite, &c. auctoris, mistis subinde, vt in superioribus vidisti sententiolis, quæ ad rem, aut etiâ historiolis. Ex his tot, tamq; varijs lemmatibus nemini non proprium sit toto die, vt Ctesias volebat, vel etiam anno toto dicere. Et vide, quæso, Faustine, quàm multæ & proluxæ utilitatis sit perdetētum, & velut per otium excerpere. Ex illo, quod

Agil

quod dixi, lemmate vnico decuriam librorū
facili negotio eduxerim. Sed plures Alphabe-
ti litteras in exemplum hīc monstro. Initium
secundæ litteræ hoc dedi.

Balnea.

Byssus, carbasus.

Barba.

Balsamum.

Bombyces.

Breuitas corporis, statua, pygmaeorum.

Breuitas orationis, styli.

Bibliotheca.

Bombarda, tormenta bellica.

Barrisus in bellis quid.

Bacchanaliorum detestatio.

Biuium Herculis.

&c. &c.

Ne dubita in hac Indicis serie reperiri etiam
hæc lemmata: *Beatitudo, Beneficia, Benedictiones,*
Blasphemia, Baptismus, &c. &c.

Hanc seriem proximè comitatur ista :

Caduceatores.

Conuiuia, & quidquid ad illa.

Calenda quàm religiosa, Calendarium.

Circus, & quæ ad illum.

Coma, Crines, Caluities.

Colores.

Crocodilorum mira.

Cursoris.

Conscientia.

CAP.

Carceres.

Casei, eorum bonitas, malignitas, varietas.

Cingulum, cincti, discincti.

&c. &c.

Vti hæc mixtim ad Lemmata reuocaui, ita etiam Virtutes & Vitia, quæ ad seriem hanc pertinent, non omisi, quales sunt è virtutibus Charitas Dei; Charitas proximi, Castitas, Cognitio Dei, Cognitio sui, Contemptus sui, Conscientiæ examen, &c. è vitijs Curiositas, Consuetudo praua, Colloquia otiosa, Contemptus aliorum, &c. Sed addamus principium quod habet meus Index in proximos characteres duos.

Damnati ad bestias, ad metalla.

Discipuli erga Magistros quales sint.

Duella.

Dierum nomina, discrimina.

Depositio Baanorum Athenis, quæ.

Delphinorum mira.

Discordia.

Diuinitio.

Deus videt omnia.

Diligentia.

Diaboli vafrities, doli, tentationes.

Deuotio vera qua.

&c. &c.

FAVST. Licetne interfari? EVLOG. Licet quàm maximè. FAVST. Quid autem hæc Lemmata iuuent Medicum, quid Mathematicum, quid Iuris-

Iurisconsultum, quid Theologum? Hæc illis erunt, quod fuerunt Gellio narrata Grammaticorum miracula. Hæc sanè illorum scientiam non augebunt. EVLOG. Amico sua verba non erunt periculosa, spero, & ignosces voci, Faustine; Homo es multæ præcipitationis, & finis appetens ante finem. Quid Medicus, quid Iurisconsultus, quid Theologus, in Lemmata, in Aduersaria, in Historica excerpat, loco & tempore dicemus opportuno. Tu interim moræ patiens substringe festinationem. Addamus quintam Alphabeti litteram: initium illius in meis lemmatibus hoc est.

Educatio liberorum.

Eluiones & diluua.

Ebrietatis laus, vituperium.

Ebrietatis antidota.

Epistola occultè missa.

Extemporalitas.

Experientia & usus.

Exilium.

Exercitationes corporis.

Electrum, seu, succinum.

Echo.

Extasis, Extatici.

&c. &c.

Ab hoc quinque litterarum initio coniecturam facies de ceteris. Atque hic Lemmatum Index est. Gradum faciamus ad Aduersaria.

CA-

ADVERSARIA *quomodo instituenda.*

ALTERA classis Excerptorum, *Aduersaria*.
Huc spectat, quidquid historia non est, in
quo cum lemmatibus cōueniunt; eo autē dif-
ferunt, quod in Aduersaria referantur res illæ,
quæ paullò fusiorem secum explicationē tra-
hunt, vti esse Ritus priscos, Epitaphia selecti-
ora, insigniores Descriptiones, & quæ his
affinia.

Reuerà fusiùs subinde quædam exscriben-
da sunt, tum quia id, quod enotatur, selectū,
memorable, rarum, animaduersione præci-
puum, notatu dignum; tum quia liber, qui in
manibus est, non quouis loco consuli potest:
hîc ego suaserim, si charta desit, inscribe ma-
nicæ aut strophio, quod excerptum venit,
ne memoriâ excidat. Quemadmodum Basi-
lio Abbati Cosmas vir perinde sanctus ac
eruditus suadens: Cùm, inquit, inueneris ali-
quid ex opusculis S. Athanasij, nec habueris
chartas ad scribendum, in vestimentis tuis
scribe illud. Ita ego: Si liber, cuius modò co-
piam habes, sit rarior, nec vbiuis locorū pro-
stet, exscribe, si quid selectius, aut memorabi-
lius occurrit: nec laboris, aut tēporis peniteat;
laborē vtiliter impēsū, tēpus optimè colloca-
tum

a Ioan. Moschus in Prato spirit. cap. 40. *propius
finem.*

Hæc il-
ta Gram-
orum sci-
mico sua
& ignos-
præcipi-
n. Quid
Theolo-
Historica
opportu-
tringe fe-
Alphabeti
matibus

onictu-
nmatum
rsaria.

CA-

tum putato. Sed accipe titulorum, qui in Adversarijs præfigi possunt, exempla.

LVSCINIA maximæ admirationi est, quòd in tam exili corpusculo, vox tam varia, tam suaui, tam contenta insit, quòd verno tēpore, cum arbores frondent, herbæ pubescunt, quindecim diebus ac noctibus vsque & vsq; liquidissimos cantus tenui gutture fundit. Vnde in auicula tam pertinax spiritus? vnde vis illa animæ contentæ tanta, vt vna cantûs continuatione geminatæ vocis & contentio & remissio audiatur? vnde tam perfecta Mufices scientia, tam ingeniosa modulatio, tam dulcis sonus, qui modò trahitur in longum spiritu continuo, nunc variatur inflexo, nunc distinguitur conciso, copulatur intorto, promittitur reuocato, infuscatur exinopinato? Quid? cum iterum vocem reuocat, & integra comprehensione cantum edit? Quid? cum modulos præter opinionem cōmutat? Quid? cum ipsa secum iucundè murmurat? nulla sanè tam varia cantio, quam ipsa non exprimat: plenam, grauem, acutam, crebram, contractã, diffusam, attenuatam, inflatam, continenti aut intermisso spiritu emissam: vibrantem, summam, mediam, imam. Quid plura? tam paruulis in faucibus, tam angusto in gutture, omnia, quæ ais vario labore, diuersis instrumentis, cantionum genera vix assequitur, plenè expressa reperiuntur. Plautinum nosti:
Num-

Numquam deficit vox lusciniæ. Festiuè Plautus in Bacchidibus.

Pol magis metuo, in momento ne mihi defluat oratio.

Ba. Pol ego quoque metuo, lusciniola ne defluat cantio.

Affirmat Plinius lusciniam in ore Stesichori infantis cecinisse. Nec illud minus mirum: Plures singulis luscinijs sunt cantus, nec iidem omnibus, sed sui cuique. Certans inter se, palamque animata contentio est. Victa sæpè vitam morte finit, spiritu prius deficiente, quam cantu. Meditantur aliæ iuniores, versusque quos imitentur, accipiunt. Audit discipula intentione magna, & reddit; vicibusque recitant. Intelligitur emendatæ correctio, & in docente quædam reprehensio. Ergo seruatorum illis pretia sunt, & quidem ampliora, quam quibus olim armigeri parabantur. Scio sestertijs sex, a candidam alioquin, quod est propè inusitatum, vænisse, quæ Agrippinæ Claudij principis coniugi dono daretur. Visum iam sæpè, iustas canere cœpisse, & cum symphoniâ alternasse.^b

En Aduersariorum specimen, quòd solum exempli loco posui. Addamus paucula, ut tantò

^a 150. Sater/nam utique sestertium hic, non sestertius nummus intelligendus.

^b Plin. l. 10. Nat. hist. c. 29. med.

qui in Ad-

est, quòd

aria, tam

ino tēpo-

ubescunt,

ue & vsq;

funditer.

s? vnde

na cantus

contentio

ecta Mu-

rio, tam

longum

no, nunc

to, pro-

opinato?

& inter-

id? cum

? Quid?

nulla sa-

primat?

tractã,

ntinenti

rantem,

ura? tam

gulture,

instru-

quitur,

n nosti:

Num-

tantò fit clarior hic excerpenti modus.

CORVI PISCATORES. Sinarum populi prægrandes ac domesticos alunt coruos capiendis piscibus assuetos. Eorū colla nodo ita laxo cōstringunt, vt respiratione neutiquam interclusâ, cibos tamen transmittere ac deglutire nequaquam valeāt. Ita è caueis dimissi admirabili solertiâ sese in aquas immergunt; pisces minutos ore conceptos, maiores autem rostro apprehensos, domū, vnde abiere, identidē referunt; quoad solutis omnino faucibus ad satietatē ipsi quoq; pascātur. Vide Maffeiū l. 6. hist. Indic. med. ferè, pag. 163. & Guidonē Pancirollum, volu. 2. tit. 1. cum notis Salmuth.

ARBORIS VINO RIGATÆ. Dionysius prior Siciliae tyrannus platanos in urbem Rhegium transtulit, domūs suæ miraculum. Tantumque ijs postea honoris increuit, vt mero infuso illæ arbores nutrirentur: compertum id maximè prodesse radicibus; docuimusque etiam arbores vina potare. Plin. l. 12. Hist. Nat. c. 12. med.

Utud ideo exempli loco posui, vt scires, quid sit, *fusus aliquid inscribere*. Nec enim prolixam ad eò descriptionem somnias velim, sed cum quippiam quatuor aut quinque pluribus aut paucioribus versibus, *a* enotandum est, ad Aduersaria spectare aio, cum historicum non sit, & tamen cum explicatiunculâ

excer-

a Zell.

excerpatur, qualis est priscus ille ritus in arboribus vino rigandis. Addo.

ARBOR VNICA EXCAVATA TRICLINIUM. Clara est arbor in Luciana, gelidi fontis sociam amœnitate, itineri apposita, domicilij modò caua 80. & vnus pedum specu, nemorosissimo vertice, & se vastis protegens ramis, arborum instar, agros longis obtinens umbris: ac ne quid desit speluncae imagini, saxeo intus crepidinis corona muscosos complexa pumices, tam digna miraculo, vt Lucinius Mutianus ter Consul, & nuper prouinciæ eius Legatus, prodendum etiam posteris putaret, epularum se intra eam cum duodecesimo comite, a largè ipsam toros præbente fronde. Atque hoc cauatæ arboris triclinium ab omni afflatu venti securum, suis conuiuiis lætiores exhibuit aspectum, quàm vitæ marmorum, quàm picturæ varietas, quàm aurum, aut gypsum laquearium. In eodem hoc arboris triclinio Mutianus cubitauit. b Addo breuius.

MURES FVRES, Vultures, milui, caprimulgi, corui, polypus, furacia quidem animalia sunt, sed illis non multum mus cedit. In aurarijs etiam officinis furantur mures (tanta est furandi dulcedo) sed ob id alui eorum inciduntur deprehendendo furto. Nota fuisse

a Cum 18. seruis.

b Plin l. 12. Nat. Hist. cap. 1.

us.
opuli præ-
os capien-
do ita laxo
uam inter-
deglutire
nissi admi-
unt; pisci-
res autem
iere, iden-
o faucibus
e Maffeiū
Guidonē
Salmuth.
fius prior
Rhegium
Tantum-
mero in-
pertum id
imulque
12. Hist.

vt scires,
nim pro-
lim, sed
te pluri-
otandum
n histori-
atiunculā
excer-

fuisse homines, qui cum aurum baltheo, thoraci, calceis insuere tutum non putassent, glutierint, tempore secessus depositum ab alui fidelitate recepturi. Lauinij clypeos argenteos, Antij coronam auream arroserunt mures. Liuius l. 30. initio. Albertus Magnus scribit, visum a se murem, qui in conuiuio candelam teneret. De muribus Guido Pancirol. volum. 2. titul. 1. in Notis. Plinius l. 8. cap. 57. Nec mures tantum, sed & auiculę domestica, quas alis aliquantulum accisis alimus, nõrunt furari. Parus cæruleus *a* ex ære minuto patrisfamilias centum quadraginta tres nummos, totidem itionibus ac furtis subtraxit, & in fornacis verticem congescit. *b* Sed illud magis mirandum. Inter Heluetios Parochus quotidianos quatuor conuictores habuit, murem, felem, canem, & auiculam, quos ad eò familiares miti disciplina & assuetudine reddidit, vt quoties vellet, ex eadem ientarent, pranderent, cenarent scutella. Narrauit is, qui suis met oculis, pectauit.

ROSÆ ELOGIUM. Vnde partem 1. Rosarum, quas Domini Iesv Mater orbi exhibet c. 1. ante §. 1. De Rosa videri potest Plin. l. 21. Nat. hist. c. 4. Politianus c. 11. Miscellan. Claudius Paradinus in Symbolis, pag. 215. & cap. 228. Rosam loquen-

a Stawmats.

b Nat 10. Batzen vnd 3. Pfennig auff die ofenplatten pfennig weis vertragen.

loquentem optimè describit Ioan. Crombecius l. 2. de Studio perfectionis, c. 9. Addo:

ROSA HIERICHVNTINA. Venosus est frutex, odoratus quando recens, ramulis duriusculis & spinosis, colore subflavo, bacculas habet racematim coherentes, foliola oliuæ similia, flores violæ candidos; non altè à solo exurgit. Saligniacus testatur, propè tonatè Elisæi, huius generis nasci rosaria, quorum fœtus sint istæ rosæ. ^a Noctè, quâ natus est Seruator orbis, hæ rosæ quamuis exsuccæ sint, & vel centum annorum, paullatim tamen sponte suâ hiare incipiunt, & tandem se totas pandere. Post eam noctem ramos iterum contrahunt, & in glomum sese colligunt. Quod ipse meis oculis spectavi annis pluribus. Id miraculi, pia fidelium deuotio Virginei partûs honori, communibus suffragijs adiudicat. ^b

Multiformes porrò rosarum habitus sunt. est quæ angusto foliorum galero tota contracta, fastigiatum pyramidis acumen primùm absoluit, corpus reliquum viridanti vaginâ continet. Aliam videas diu collectos in sinum

F

ami-

- ^a Salig. tom. 9. descriptionis terra sancta, c. 6.
^b Ne tamen erres, Lector, hæc rosa vel etiam centum ac plurium annorum, ut dixi, omni die, cùm aqua imponitur, sese aperit. Ego ipse rei experimentum sumpsi, paratus id quauis horâ monstrare.

altheo, tho.
 n putassent,
 positum ab
 peos argē-
 lerunt mu-
 agnus scri-
 uiuio can-
 o Pancirol.
 l. 8. cap. 57.
 domelticæ,
 nus, nôrunt
 m: nuto pa-
 tres num-
 btraxit, &
 b Sed illud
 Parochus
 es habuit
 n, quos ad-
 assuetudine
 dem ienta-
 . Narrauit
 Rosarum,
 bet c. i. ante
 Nat. hist. c.
 ius Paradi-
 28. Rosam
 loquen-
 die ofenptatten

amictus lætam exsinuare, & foliorum suorum censum meditari, & patulo ridentis calathi honore, seminis inclusi crocum aureum ostentare. Verum caduca est omnis rosarum gloria. Videas in eodem horto rosas, virgines rore matutino florentes, & formosas: redi post pauculas horas, & videbis deformes anus, quæ decus omne ac diuitias amiserint. Heu quàm præceps iactura formæ! vix natæ consenescent, & terram nutricem suam exuijs suis operiunt: quæ denso comarum igne modò riserant, mox collapsis pallidæ folijs plorant & emarcescunt. Hæc vitæ nostræ conditio est: fugit ætas, auolat, euanescit. Quid moramur, quid procrastinamus? Tartaro aut cælo ambulamus proximi. Vis, Faustine, post flores è meis Aduersarijs, vnâ alterâve auium spectare? En quadrigam? Aquilam; volucrum reginam, Pauonem superbiæ, Psittacum loquacitatis, Columbam simplicitatis, imaginem. Sed vetustioribus aliquot voculis ignosces.

A Q V I L A, Cum sese nubium tenuis altissime sublimauit euecta alis, totum istud spatiû, quâ pluitur & ningitur, ultra quod cacumen nec fulmini, nec fulguri locus est, in ipso, vt ita dixerim, solo ætheris & fastigio hiemis. Cum igitur eò sese aquila extulit nutu clemētis leuorsum, vel dextrorsum, tantâ mole corporis

labie

labitur, velificatas alas, quò libuit, aduertens modico caudæ gubernaculo, inde cuncta despicens, ibidem pennarum eminus indefesso remigio, ac paulisper cunctabundo volatu penè eodem loco pendula circumuetur, & quærit quorsus potissimum in prædā supernè sese ruat fulminis vice. De cælo improuisa, simul campis pecua, simul montibus feras, simul homines urbibus, vno obtutu sub eodē impetu cernens, vnde rostro transfodiat, vnde vnguibus inuncet, vel agrum incuriosum, vel leporem meticulosum, vel quodcumque esui animarum, vel inanimatum fors obtulit.

PAVO. Quantum effert pauonem iris sua, & è plumatis stellis versicolor rota, quantum vilas & maximè laudatas extollit auis lunonia pennas; tantum deijcit illius & itidem, & rotam, & animos, pedum, quos habet turpissimos, solus aspectus. Quid causæ est, inquit Nazianzenus, cur arrogans ille & medicus Pavo elegantiam gloriamque ad eo affectet, vt, quoties aliquem propius accedentem, viderit, aut etiam feminis, vt aiunt, sese ostentare voluerit (nec enim pulchritudinis suæ ignarus est) protinus elata ceruice, pennisque in orbem concinnatis, atq; oculis aureo quodam gemmati que fulgore in acerrimum contractis, corporis sui elegantiam, cum

F 2 fastuo-

a Alia editio: quodcumque esui alatum, vel lauatum fors obtulit.

liorum suo-
ridentis ca-
um aureum
is rosarum
rosas, vir-
& formosas:
debris defor-
iuitias ami-
ura formæ!
n nutricem
e denso co-
ox collapsis
cunt. Hæc
ætas, auo-
quid pro-
ambulamus
ores è meis
um specta-
volucrum
Psittacum
itatis, ima-
ot voculis

enus altissi-
tud spatium,
d cacumen
in ipso, vt
gio hiemis.
tu clemēti
le corporis
labi-

fastuoso incessu, velut in theatro spectandum proponat. ^a De hac aui, Ouid. l. i. Metamorphos. fab. 16. De ouis pauoninis in Trimalcionis conuiuio, Arbitet. De pauonis cocti è mensâ regiâ auolentis prodigio, Bauaria Sancta volum. 1. pag. 113. vbi de Gunthero. Cetera de hoc alite dicit Vlysses Aldrouandus, in sua Ornithologia.

PSITTACVS, Indiæ auis est, instar illi minimo minus quàm columbarum: ^b sed nec color, vt columbarum. Non enim lacteus, ille, vel liuidus, vel vtrunque subluteus, aut sparsus est: sed color Psittaco viridis, & intimis plumulis, & extimis palmulis, nisi quòd sola ceruice distinguitur. Enimvero ceruicula eius circulo mineo, velut aurea torque, pari fulgoris circumactu cingitur, & coronatur. Rostri prima duritia; cum in petram quampiam concitus altissimo volatu præcipitat, rostro se velut anchora, excipit. Sed & capitis eadem duritia, quæ rostri. Cum sermonem nostrum cogitur æmulari, ferrea clauicula caput tunditur, imperium magistri vt persentiscat. Hæc ferula discenti est. Discit autem statim puillus vsque ad duos ætatis suæ annos; dum facilè os, vti conformetur, cum tenera lingua, vti conuibretur. Senex autem captus, & indocilis est, &

^a Greg. Naz. orat. de Theol.

^b Quod de columbâ dictum.

& obliuiosus. Verum ad disciplinam humani sermonis facilius est psittacus, glande qui vescitur: & cuius in pedibus, ut hominis, quini digituli numerantur; non enim omnibus psittacis id insigne. Sed illud omnibus proprium, quod eis lingua latior, quam ceteris auibus, eò facilius verba hominum articulantur patientiore plectro & palato. Id verò quod didicit, ita similiter nobis canit, vel potius eloquitur, ut vocem si audias, hominem putes: nam quidem si videas; idem conari non eloqui. Verum enim uerò, & coruus & psittacus nihil aliud, quam quod didicerunt, pronuntiant. Si conuicia docueris, conuiciabitur: diebus ac noctibus perstrepsens maledictis. Hoc illi carmen est, hanc putat cantionem. Vbi omnia, quæ didicit, maledicta percensuit, denuò repetit eandem cantilenam. Si carere conuicio uelis; lingua excipienda est, aut quam primum in syluas suas remittendus. *

Cardinalis Ascanij psittacus, ut aiunt, totum Apostolorum Symbolum pronuntiare potuit. De psittaco admiranda refert Plinius, l. 10. Nat. hist. c. 42. ferè toto.

COLUMBA candida, collo colorata: Ales, quam simplicitati dicatam, & quod summa

F 3

ma

a Madaurensis in Floridis, mihi p. 571. Vide etiam
Sæatium in Syluis, de Psittaco

standum
Metamor-
n Trimal-
nis costi è
uaria San-
ero. Cete-
uandus, in
ar illi mini-
sed nec
im lacteus,
subluteus,
co viridis,
palmulis;
r. Enimue-
velut aurea
u cingitur,
itia; cum
tissimo yo-
chora, ex-
ia, quæ ro-
gitur æmu-
tur, impe-
c ferula dis-
us vsque ad
cilè os, uti
uti conui-
docilis est,
&

culmina petere sit solita, Columbam dictam voluit antiquitas: iustar illi minimo minus quam cornicularum, sed nec color ut cornicularum, non enim niger ille vel lividus, vel cineri subæmulus, aut sparsus erat; sed color illi lacteus ac niueus, nisi quòd collum color diuersus imbueret. Enimverò cum super ceruiculam eius recidisset reuerberatus dædali solis radius, omnem Parthasij penicillum & Apelleæ artis industriam superavit. Pictissime enim iridis circulo velut aureâ torque, pari fulgoris circumamictu, luminis ingenio, cinxit & coronauit. Neq; tam variegatus est aut psittacus in pennâ, aut pappus in cauda, aut phasianus in ala, aut apus in Hybla, quam perstrictum illud columbæ collum in Phœbi flamma: circa quod, aduerso sole, mille coloribus ludere voluit solens natura. Iam caput cristis & plumeo apice honestabatur. Formosum frontis suggestum geminis oculorum stellis intercurrentibus roseum terminabat rostellum, in pedibus mineis quini digituli, in digitulis totidem falcule vnguium, sed innoxie, numerabantur. Cetera omnia erant intactæ niui similissima.

Auem è rostro, scriptorem hunc è stylo facillimè noueris. Sed forsân non ingratarum erit audire, quid è sententia Platonis sit Con-

scien-

a *Auicula nomen*

scientia. Ita loquuntur Aduersaria mea.

CONSCIENTIA. Plato autumat singulis hominibus in vita agenda testes & custodes singulos additos, qui nemini conspicui semper adsint, arbitri omnium, non modò actorum, verùm etiam cogitatorum. At vbi vita edita remeandum est, eundem illum qui nobis præditus fuit, raptare & trahere veluti custodiam suam ad iudicium, atque illic in causa dicenda assistere: si qua commentatur, redarguere, si qua vera dicat, asseuerare? prorsus illius testimonio ferri sententiam. Proinde vos omnes, qui hanc Platonis diuinam sententiam me interprete auscultatis, ita animos vestros ad quæcumque vel agenda vel meditanda formate, vt sciatis nihil homine præ istis custodibus nec intra animum, nec foris esse secreti, quin omnia curiosè ille participet, omnia visat, omnia intelligat, in ipsis penitissimis mentibus, vicæ conscientia diuersetur. Hic, quem dico, prorsus custos, singularis præfectus, domesticus speculator, proprius curator, intimus cognitor, assiduus obseruator, indiuiduus arbiter, inseparabilis testis, malorum improbator, bonorũ probator, si ritè animaduertatur, sedulò cognoscatur, religiosè colatur, ita vt à Socrate industria & innocentia cultus est, in rebus incertis prospector, dubijs præmonitor, periculo susceptor, egenis opitulatur. Qui tibi queat

um in somnis, tum in signis, tum etiam fortasse coram cum vsus postulat, mala auertere, bona prosperare, humilia sublimare, nutantia fulcire, obscura clarare, secunda regere, aduersa corrigere.

FORTVNATAE INSVLAE. Vbi nullæ vquam nubes cælum asperant, nulla bruma segetes extinguit, nulli æstus adurunt: sed puro incorruptoque aëris tractu liquidi ac pellucidi fontes campos alluunt, patentisque hinc inde plagæ, & amœna, seu salubritate montium, seu planitierum æquabilitate regio, homines aut genio loci, & fortuna sua dignos. Non illic in honore supellex curiosa, non gemæ, non imperium, non opes, non ea omnia, quibus, impotens hominum libido pretium fecit: qualis hæc terra? quàm sponte sua, nullis subacta ligonibus, autumno fructus omnis est ferax vere primo flores humo exerit, hieme aprica est, nec comam ponit, æstiuo sole, nemore & fonte frigescit. Has insulas, beata hæc Tempe, hunc paradisum nusquam nisi in cælo reperire est.

Verum ne profana solum à me putes excerpta, en etiam sacra meis Aduersarijs inserta. Sed satis erit, existimo, nominasse titulos, eorum explicationes legemus, cum plus otij fuerit.

VITIA ALIORVM TEGENDA.
NEMO MALVS NISI STVLTVS.

PECCATA OMNIUM OMNINO MALORVM
CAVSSA.

Huius generis innumera monstrare pos-
sim, quæ cum delectu superioribus annis col-
legi. Hos autem titulos, Neminem malum
nisi stultum: Peccata omnium malorum caus-
sam esse, &c. illustrissimè persequitur & ex-
plicat Saluianus Massiliensis Episcopus, qui
anno à Virginis partu quadringentesimo sexa-
gesimo vixit, & plurima scripsit, sed ad nos
non peruenerunt, nisi quatuor libri de Eccle-
siâ, & libri octo de Dei Prouidentiâ: ex ho-
rum quarto excerpfi titulos proximè nota-
tos, præsertim cum auctor sit vetus, grauis, e-
ruditus, illustris, & reuera ad illud æui lati-
nus ac elegans. Tantò autem in exscribendo
promptior fui, quantò certior eram, librum
non vbiuis fore obuium. Sed de Aduersario-
rum indice paucula subiungamus.

CAPVT VII.

ADVERSARIORVM *Index quâ methodo
construendus.*

QVOD de Indice Lemmatum dixi, hoc in
isto etiam obseruandum. Alphabeti se-
ries attendatur, & cuius characteri quatuor-
ue, plures aut pauciores pagellæ assignentur,
prout gracilis aut crassus est chartaceus indi-
cis liber. Nec enim opus, vt omnes litteræ
pares numero pagellas habeant. Nam K. Q.

F 5

X. Z. &

X. Z. & similes, qualis est etiam flatilis littera
 H. non grande Indicis spatium occupabunt.
 Iam supra monui, Excerpta videri scribenda
 in quarto, indicem in octavo. Sicut igitur in
 Lemmata construendum indicem dixi, ita
 suus etiam Aduersarijs erit assignandus. Com-
 pendio eius rei exempla subijciam. In Lem-
 matibus è primis quinque litteris exempla po-
 suimus, idem hinc faciamus è quinque sequen-
 tibus. Verbi gratiâ, si Aduersariorum indicem
 inspiciam, in caractere F. hoc reperio ini-
 tium.

Funera Cholchorum.

Faces prælij auspices.

Faces funerum & nuptiarum indices.

Florum sparsio.

Fatua Dea sacrificium.

Fortuna aurea.

Fugitiuorum calumniatorum stigmata.

Flabellum somno conciliando, aut ventulo.

Fieri quæ tibi non vis, alteri ne feceris.

Familie ordinanda præceptiones.

Forma concilianda artes.

Fausta nomina.

&c. &c.

Explicationes singularum inscriptionum
 quâ pagina sint quærendæ, numerus adscri-
 ptus indicat. Initium sequentis litteræ G. hoc
 est.

Gir.

Gigantes heroës.

Gemmarum vilitas, & pretium.

Gigantis fraterculus.

Gleba iniectio.

Cypsatissima manus.

Gula antidotum.

Gradus ad vitia deficientis.

Gladius Castrioti, & Bullionij.

Galli vaticinium.

Gallina appenso milui capite inquietissima.

Gloria fumus pretiosus, sed momentaneus.

Græca Calenda.

&c. &c.

Eadem est ratio litteræ flatilis, seu aspirantis
elementi, H.

H. D. M. Hac domus mortui.

Hoc age.

Histrionum sollennia verba, muta loquacitas.

Herba viua.

Homo homini lupus.

Hieronica.

Hic vel ibi.

Hilarem & celerem datorem diligit Deus.

Hecalesium sacrum.

Hora.

Helinium.

Herodiadis facinus.

&c. &c.

Hæc in exemplum recito; cetera omitto.

Liquet, ni fallor, hic excerpenti modus,

E 6

quem

atilis littera
occupabunt.
scribenda
ut igitur in
dixi, ita
dus. Com-
. In Lem-
empla po-
ue sequen-
m indicem
perio ini-

25.

ata.

entulo.

s.

ptionum
s adscri-
æ G. hoc

Gir

quem pariter in proximâ vocali obseruabis.

Iurandi ritus.

Insignia principatûs, ignis, alia.

Iuuenalia.

Inferium vinum.

Iniuriarum obliuio.

Imaginationis vis maxima.

Imagines Imperatorum olim quanti fierent.

Inæqualitas in orbe maxima.

Iudicium temerarium quomodo referendum.

Impedimenta profectûs in virtute.

Iocare, aut tace, cum videris.

Iudicij humani contemptus.

&c. &c.

FAVST. Sed nunquid inter Lemmata censebas iam supra, *Iudicium temerarium*, quod modò inter Aduersaria collocasti? EVLOG. Nihil piaculi hoc est: idem & inter Lemmata, & inter Aduersaria, & inter Historica referri potest. Ad Lemmata spectat, cum rei auctores breuiter annotantur. Idem Aduersarijs inferendum, cum diductior accedit explanatio. Idem ad Historica pertinet, cum rei gestæ series narratur, aut certè subnotatur, quis scriptorum eam narret. Et vt omni religione te soluam, nihil esse erroris scias, Aduersarijs inscribere, quod ad Historica videatur pertinere, modò inscribatur, index derimet controuersiam. Iudicium hîc subinde hallucinatur; parum refert. Modò tui armenti pecus
siti;

ut de stabulo non litigemus. Sed ut in paradigma huius indicis quinque characterum exempla sint, prout cepimus; vide initium etiam sequentis elementi.

Laruata funera.

Lucar.

Laticla vij.

Lucius, in honore demon.

Littere breues.

Luc.

Littera lepori insuta.

Liber vita.

Locus non facit sanctum.

Linum Indicum.

Lararia.

Laterna surda.

&c. &c.

Hæc omnia, quod sæpius iam monui, in exemplum monstro. Tu alios, atque alios tibi titulos para. Habes indicem Aduersariorum. Faciamus gradum ad Historica, quorum tibi paradigmata paucis exhibebo.

CAPVT VIII.

HISTORICA ad quem modum excerpenda.

Hic classi tertiæ nomen dedimus, HISTORICA. Quidquid igitur ad historiam sacram, profanam, veterem, nouam, Latiam, Græcam, barbaram, spectat, in hanc classem excerpendum est, siue id fusius, & verbum è

verbo placeat exscribere, siue historiam breuissimè notare consultius videatur. Vtriusque modi exempla subijciam, tam historiarum breuiter notatarum, quam integrè descriptarum. Hic autem obuia sumo, & quæ prius oculos manusque occupant.

FORTVNÆ LVDIBRIVM Aluarus Luna. Hic ab humili fortunâ ad summum peruenit: in præceptis cum ambitio dedit. Nihil ei ad regnum præter nomen deerat. Tandem bona eius omnia occupata, ipse Maiestatis damnatus, mulâ ad supplicij locum vectus est. In medio foro theatrum, in eo crux alta, & geminæ faces, tapete substrato. Luna conscendens locum, crucem veneratus, annulum signatorium & galerum amanuensi puero dedit: proximæ felicitatis cum præsentis fortuna comparatio, inimicis etiam lacrymas excusserat. Erat vincus ferreus sublimi ligno confixus. Rogat carnificem, & quem in vltimum paratus esset? Ille, vt sciunctum à trunco caput imponatur. Subdit Aluarus: Post mortem de corpore facito, quod lubet. Viro fortis mors turpis esse non potest, nec immatura. Simul diloricatis tunicis intrepidè caput securi subiecit, anno 1453. III. Nonas Iulij. *o*
Triginta annos ita in aulâ dominatus est, vt nihil nec maioris nec minoris rei, nisi eo arbitrio gereretur, ita vt nec Ioannes III. Rex

Gas

a Die 5. Iulij.

Castellæ vestem mutaret eo non conscio.
 Truncus in theatro relictus, pelui iuxtâ posi-
 tâ ad colligendam stipem, quâ sepeliret;
 homo paulò antè regibus potentiâ exequân-
 dus. Sic res humanæ variant. Alvarus priori-
 bus annis vatem consuluit: prædictum
 est, Cadahallum exitio fore. Est oppidum
 huius nominis in Hispania, quod semper vi-
 tauit Luna, & significat etiam ferale thea-
 trum, quod vitare non potuit. Ioan. Mariana
 l. 22. Rerum Hispan. cap. 13. mihi pag. 47. De
 Comite Essexio in Anglia Iul. Cæsar Bule-
 gerus lib. 11. Rerum Gallicarum, mihi pag. 335.
 Bironius capite plexus in Gallia; euentus mi-
 ri. Idem pag. 339. & seqq. 4

De similibus fortunæ ludibrijs innumera
 proflus excerpti. Ante diem clauso compo-
 nat vesper olympo, quàm hæc omnia recitẽ.
 Possim ego his talibus hominibus theatrum
 ingens implere, & adornare scenam amplissi-
 mam è tot tamque varijs tragœdijs. Fac ini-
 tium excerptendi, Faustine, & experieris,
 quàm crebra sint in omni historia hæc fortu-
 næ crepitacula. Sed en etiam paradigmata hi-
 storiarum quas breuissimè annotavi.

TRANSVGAE CRUCIFIXI, & ele-
 phantibus substrati proterendi. Valer. l. 2. c. 2.

Au-

*Liber hic minus obuius est, nec cuiusvis sum-
 ptu parandus, ideo exscribere, necessarium
 duxi.*

Auctor passim obuius est, ideò rem paucis notavi. Hoc autem historiarum veteris est; addo recentioris.

NEBULÆ DULCIARIÆ a missæ iuueni, sed venenatæ; & qui mortem euaserit. Sodalit Parthenius, l. 2. c. 8. pag. 317. liber in manibus est.

INVENTIO QUANTI sit, Christophori Columbi ouum monstrabit. Lipsius l. 1. Antiquarum lectionum, initio. De Archimede hinc plura, pag. 143. & 145. Addo fusiùs notatum.

FAUSTI VITES. Conuiuas habuit infastus ille Faustus multos amicorum. Petierunt hi, vites vuis prægnantes sibi repræsentaret in mensâ, quamuis putarint brumæ tempore ab vuis tam alieno, id fieri non posse. Nec tamen difficilis fuit magus persuasus. Vites igitur præstigijs è mensa euocat racemis vegrandibus plenas. Priùs tamen eam omnibus edicit legem, vt alto silentio expectent, dum iubeantur vuas carpere. Omnes se legi obtemperaturos recipiunt. Mox infamis artifex, incantamentis carminum ita oculos appotæ turbæ præstrinxit, vt illis tot botri miræ magnitudinis, & succo maturo pleni apparerent, quot eorum mensa numerabat. Omnes ergo in gulam hanc auidissimi, iamque non nihil sitibundi è temulentia,

suum

a Zuckerwerck / Marzipan / Schleckwerck.

suum quisque cultrum ad vuam sibi proximam apponit, dum modimperator Faustus jubeat secare. Natant omnium dentes salivæ, & in æstivam hanc voluptatē pruriunt. Hoc situ aliquamdiu tenentur: ingens omnium expectatio, dum culto jugulent jam captam prædam. Tandem formosissima vitis evanescit & in fumum abit. Illi nebulâ magicâ jam dispulsa, visi sunt singuli suum quisque tenere nasum appposito cultello jam jam pro vuâ secandum. Quod si quis immemor præcepti aut contemptor, botrum sibi destinatum præscindere voluisset, nasum sibi joculari vulnere præsecuisset. Hic omnium risus, & indignatio.

Hoc totum excerpti, sed meis verbis. Vide Simonem Majolum part. 2. Canic. Joachimum Camerarium in Horis Subseciu. ca. 70. Ad has Fausti vites, historiam refero nobilissimam, de Auxentio, qui à Licinio Imperatore jussus, aut Baccho vuam ponere, aut militare zonam solvere, ac facescere; ille nihil cunctatus zonam liberrimè soluit, Christum confessus. Suidas id fusè narrat, voce, Auxentius, pag. 156. Addo breuiter enotata.

BOMBARDA HOMINE ONVSTA. Maffejus de Didaco Mesquita l. 9. Histor. Indicæ pag. 259. vide Lipsium in Poliorceticâ analectis.

LIBERALITAS IN PAVPERES. Hic historia- rum mare est, quod ingredi non vacat. Au- ctiores.

ctores quàm plurimos consignavi, qui narratu & fide dignas historias de eleëmofynis scripserunt. Vnicus Valentinus Leuchtius 99. capita in Viridario Regio, idiomate vernaculo in hanc rē posteris cū cura excerpfit.

VINDICTA DIVINA. Hic pænè diffusius se mare offert: non ingredior. Historias pænè innumeras huius thematis selegi, auctoribus sedulò notatis. Nimirum in omne flagitium ultio diuina vigilat. Nec ferè vllum est scelus, quod non à tergo & è vestigio sua sequatur Nemesis. Sed misceamus hęc historiam fusiùs excerptam, velut testem tertium.

VORAGITAS VGOCIONIS A FAGIOLANI. Cùm in urbem Lucam properaret Vgocio, vt Castruccium, quem in vinculis habebat, securi feriendum obijceret, prandendi nuntiarum est, à Pisanis arma esse correpta. At ille tamquam incertus, & parùm verus esset nuntius, prandium continuauit. Adest alter & tertius, Pisis res perditas, Lucenses quoque ad arma conuolasse, carcerem effregisse. Castruccium è vinculis eduxisse, & principem ciuitatis salutasse. Vgocio comploratis rebus cum prætoriano milite ad Canem Scaligerum Veronam confugit; non sine honore atque beneuolentia recipitur, & multos dies lautè habetur. In conuiuiò fortè mentionem facit Scaliger edonum & gulonum, cùm glo-

a Alijs, Vguccio.

gloriabundus subiungit Vgocio, se iuuenem quatuor altilis capos totidem perdices affas, hœdi clunes, infarctum vituli pectus, præter fassamenta cetera, vna in cena assumpsisse.

— *Dij talem terris auertite pestem.*

Aderat tum & audiebat vir ingeniosus & falsus, Petrus Nauus, qui gloriantem Fagiolanum facetè tangens: Non est mirum, inquit, hæc à te iuvene absumpta, cum senex & inuolidis dentibus duas vrbes integras vno prandio consumpseris. Nam fama erat Vgocionè, si à prandio citius temperare voluisset, facile duas vrbes, Lucam & Pisas, seruaturum fuisse. Vide Iouium l. 1.

De tam strenuis comedonibus, manducationibus, potatoribus infinita seges historiarum est. Selectiores diuersas, hoc ipso loco notauimus. Egregium illud & certum epiphonematis loco addamus.

Femina Syra nobilis & locuples, tam tetra & prodigiola ingluuie laborabat, vt in singulos dies triginta gallinas deuoraret, nec tamen insaturabilem appetentiam sedaret alias triginta deuoratura, si apponerentur. Dixisses eam quò plus ingereret, eò vehementius esurire. Portentum famis, & quod panè superet Erifichthonis gulam. Ita paullatim accisæ opes, & in rem escariam exhausti loculi. Cognati esuritionis tam sumptuosæ miserti, bea-

beatum Macedonium virum sanctissimum conueniunt, & eius auxilium implorant in feminae tam malignam famem. Macedonius morbum precibus & haustu fontanae, quam cruce signauerat, porrecto ita curauit, vt effreni appetitione iam pulsa, gallinae particula in alimoniam quotidianam sufficeret. Theodoretus c. 14. de B. Macedonio, pag. 324. apud Rosveyd.

Alia gluttonum & popinorum miracula facile obseruabis, si excerpere coeperis. Addo triplex, vt coeperam, paradigma historiarum succincte transcriptarum, & *Historicorum* indicem propono.

FLAMMÆ SANCTORVM REVERENTES. De S. Mamerto Gregorius Turonensis l. 2. Hist. Francorum, c. 36. fine. De sancto Germano & alijs, Bedal. 1. Hist. Anglorum ca. 19. & l. 3. ca. 10. 16. 17. De S. Theclâ in igne illæsâ, Baron. tom. 1. an. 47. ab initio, pluribus numeris. De S. Polycarpo, idem, tom. 2. an. 167. n. 3. & seqq. De libris sacris per subitos imbres rogo subtractis, idem tomo 2. an. 393. n. 38. Auctores & historias huius thematis innumeras, sed breuiter excerpfi. Nimisque quàm prolixum sit, texere catalogum de sanctissimis hominibus, Clemente, Ancyrano, Constantio, Faustino & Iouitâ, Briccio, Modoaldo, Pontio, Francisco de Paulâ, Pergentino & Laurentino, Simplicio, Bonifacio, Cyrillo, Zenobio, A-

pol-

pollinari, Mamente, Miniare, Sabâ, Heleno, Marcello, Coptes, Apellen, Crispino & Crispiniano, &c. De Agnete, Iuliana, Lucia, Zune- gunde, Austrebeta, Christina, Ruffina & Secunda, Menodoia, Nymphodora, Metro- dora, Theognia, Zenobia; horum omnium & plurium aliorum verè reuerentes fuerunt flammæ. Surium, Lippeloo, Haræum consu- le, & tot historias dicti thematis inuenies, quot hîc nomina cernis. Ad aliud.

OPERTA OMNIA TANDEM APERTA, Ibyci- grues; Bessi homicidium, &c. De hoc omniû optimè ac fusè Delrius tom. 2. Adagiorum sacrorum pag. 440. Cornelius à Lapide, in c. 21. Deuter. pag. 1025. Agrum viduæ ab Eudo- cia Imperatrice iniquè ademptum, tandem patuit, Spondanus an. 438. De Comite inno- cente damnato & necato, idem an. 998. nu. 3. Mitto cetera.

GULA VICTORIA. Serapion Sindonites: Hominem, aiebat, tres perniciosi feneratores exagitant; Auaritia, Fornicatio, Gula: cum à prioribus jam liber est, tyrannidem Gulæ vix vniquam penitus euadit. Historiam fusius narrat Palladius cap. 83. med. apud Rosvvey- dum, pag. 761. Sub eodem hoc titulo in mea *Historica* excerpfi quàm plurima, quod meo Indici credo, qui paginas mihi diuersas no- minat, in quibus historiæ illæ cōtractius ple- ræq; sunt perscriptæ. Ipsum ergo Indicem sal- tem per transennam inspiciamus. CA-

HISTORICORVM *index qui ordinandus.*

INDEX trigeminus, *in Lemmata* nimirum, *in Aduersaria*, & *in Historica* faciendus, commodè chartaceo volumine vnico comprehendi potest. ^aNisi quis illū malit in duos aut tres distinctos libros diuidere, & cuius characteri liberaliter pagellas plures assignare. Id tuo, Faustine, aliorumq; arbitrati permitto. Tu hoc vnum maximè cura, vt titulum seu *Lemmatibus*, seu *Aduersarijs*, siue *Historicis* inscribendum cum iudicio formes, id solletter considerando, quid in ea re, quam excerp-turus es, cardo, aut caput, quid notius aut ignotius sit, Exempli causa. Excerpendum est quippiam in *Historica* de incredibile diuinæ gratiæ incremento. Tu imperitè prorsus & absurdè feceris, si hunc titulum vel ad characterem D. vel ad I. retuleris hoc modo: *Incrementum incredibile diuina gratia*, aut hoc modo: *Diuina gratia incredibile incrementum*. Rectius facies atque peritius, si eum ad elementū G. reuocaris, hoc modo: *Gratia diuina incredibile incrementum*. In hoc namque titulo caput rei est *Gratia*. Eodem sanè modo sit excerpē-dum istud: *Asserem vel tabulam cauarunt genua creberrimè submissa*. Hanc tu historiam non ad Indicis characterē A. nec ad C. nec ad S. vel T. sed

^a *In octauo, vt diximus.*

sed ad G. reduces, hinc enim res princeps, *Gen-
nua*. Ignosce, quod te velut bimulum, aut tri-
mulum puerulū ad litteras colligendas reuo-
cē. iam supra dixi, hæc sacra aliter nō constare.

Occurrit hinc, quod Hispanus vir Religio-
sus, memorię prodidit: Notum est, inquit, Ra-
mirū Hispaniæ regem in suos proceres eò sæ-
uissē, vt quosdam illorum in cāpanæ circulū
suspendere; alios autem ad id spectaculi eo
nomine euocatos, vt campanam illam admi-
rabilem, nouam viderent. Hanc historiolum
quo titulo in tua Historica excerpere? Ego
eam in elemento C. collocarem hoc modo:
Campana mirabilis Ramiri. Nam vox *Campa-
na*, facilius tibi occurreret quam Ramirus. Cō-
firmo quod dixi: Chærilus poëta ster pessi-
mus, Alexandri Macedonis bella describere
præfidenter aggressus est. Cum eo regem sic
pactum fecerunt, vt pro singulis bonis versi-
bus numismate donaretur aureo, pro malis,
colaphum reciperet. Placuerunt pacta con-
uenta. Verūm tot mali versus reperti sunt, vt
vatum miserrimus colaphis pæne necaretur.
Cum è tantis vix septem versus probari pos-
sent. Horatius mentionem facit:

*Chærilus incultis qui versibus & malè natis
Retulit acceptos, regale numisma, Philip-
pos. a*

Tan-

a Horat. l. 2. epist. 1. ad Augustum propiùs finem.

Tandem infelix apud Alexandrum captivus
perijt inedia.

*Inclususque necem caueâ patiarius, ut ille
Non profectura conditor Historia.*

Suidas & Cyral. dial. 3.

Hanc ego historiolum meo Indici hoc
titulo commisi: *Colaphis poëta Charilus penè
necatus.* Certè vox *Colaphus* citius memoriæ
se sistet, quàm nomen *Charili*. Quòd si de vir-
tute, de morte Punici Ducis Annibalis ali-
quid excerpendum, ad primum elementum
censeo reuocandum hoc modo, *Annibalis
militaris virtus. Annibalis generosa mors.* No-
men istius ducis ignotum nemini. Ita in mil-
le alijs, ita in cæteris omnibus agendum, idè
monui, titulum rei exerpendæ cum iudicio
formares, illud spectando, quid in ea re ma-
gis primarium, quid notius sit. Et en exem-
pla paucula è meo Indice. Suprà è quinque
characteribus posui paradigmata, è totidem
hîc ponam. Accipe initium mugientis ele-
menti.

Maiestas populi Romani in Popilio.

Mortis memoria apud Calipham.

Modestia in morte seruata.

Machina Salmonis regis insani.

Mithridates fulmine bis tactus, nec laesus.

Morbo nunquam tentati Asclepiades, alij.

Magica fascinatio Santabareni

Mina Saraceni regis cum sacco castanearum.

Mortis

Mortis prasagia.

Mors & vita simul in Demosthenis calamo.

Musca picta artificem monstravit discendi cupidum.

Mutus pugil ex indignatione victoria sibi abjudicata vocem recipit.

&c. &c.

Mithridatem fulmine ictum rectius fortassis ad fulminum miracula retulisset, quia tamen Mithridatis nomen ex omni historia notissimum, errori facilis erit venia. Nec enim hic anxie agendum: modò excerpas, etiamsi non semper convenientissimus. Exceptis sit locus. Elementum sequens hoc mihi monstrat initium.

Naufragia.

Nubes cinerem & saxa vehens, noctemque faciens.

Negotiorum cupiditas in Tyrannio.

Narses miles optimus, inter feminas nere iussus.

Navigij loco sunt, crocodilus & delphinus.

Noctuae neutrarum olim partium sunt.

Nuntij quae ignorarent nuntiantes.

Noctes precibus per vigilata.

Navis Raymundi pallium.

Nugandi tempus non est.

Nutriti à feris.

Neglectus rei diuinae quam variè punitus.

&c. &c.

En sacra profanis mixta. Hi autem tituli,

G

quos

captius

ille

ici hoc

ilus pend

emoriae

si de vir-

alis ali-

mentum

Annibalis

rs. No-

ra in mil-

im, ideò

judicio

ca re ma-

n exem-

quinque

totidem

atis ele-

sus.

alij.

caruor.

Mortis

quos solum loco paradigmatis recito, sic à me facti sunt, vt ijs leuiter inspectis mox totã historiam, quam signant, in memoriam reducant. Numquid hoc vtilissimum memoriæ compendium esse fateberis?

FAVST. Fateor sanè; atque iam meis oculis plus credo, quàm olim auribus.

EVLOG. Elementum sequens hoc exhibet principium.

Oculorum castigatio admiranda.

Orandi studium ingens.

Origenis lacryma post lapsum.

Oblationes impiorum Deo inuisa.

Oleum stillant Sanctorum ossa.

Orthyades a scribit trophaum suo sanguine.

Olorum seniorum amor in pullos orto incendio.

Oculos Tigranis coniux in assertorem suum conijcit.

Obeliscus Thebaicus quanto molimine erectus.

Obedientia submissa, simplicis, caca specimina.

Opum contemptus in multis quantus.

Occultissima Dei iudicia.

&c. &c.

FAVST. Iam pænè totus in tuas partes transit. Est tamen etiamnum quod opponam. Sunt libri qui eiusmodi titulos copiosissimè ingerant. Florilegia, Polyanthææ, Theatra. EVLOG. Responsum do non vnum; tu ea in digitos mitte. Hi libri, pace illorum & veniã dixe-

a Alij, Orthyades.

dixerim, nimis quàm simplici, aut Græcà fide agunt, lectorem diu fatigant, & crebrò miserè fallunt, auctores aut non nominant, aut mutilum testimonium producunt: nam neque librum, neque caput, neque paragraphum, multò minùs paginam notant. Quis fidat his testibus? Labores talium scriptorum neutiquam sperno, sed majorem in ijs accuratorem desidero. II. Sit accuratior aliquis in hoc scribendi genere (nominare forsitan possim, sed vnicum) is tamen è certis solum & paucis auctoribus quæ ad rem videbatur, selegit. Id autem longè grauius est, quod mihi exploratissimè constat; auctores quidem subinde ita nominantur, vt laudatum testimonium reperire possis, sed verbis longè alijs conscriptum. Eius rei experimentum sumpsi creberrimum: & tædet hoc sæpius explorare velle. Ah quoties Augustinus, aut Chrysostronus, aut alius talis nominatur, verbis eorum in medium adductis: cum verò Augustinum, aut Chrysostronum ipsum inspicio, hem quàm longè alia sunt verba Chrysostroni, longè alia Augustini, ab ijs quæ liber objicit. Paullò post, vbi sermonem hodiernum finierimus, in rem præsentem te ducam, & collatis inter se libris ostendam, quantum hîc fallaciarum sit. Longè suauius, longèque tutius ex ipso fonte bibes, tametsi parcius bibas. III. In ijs, quæ dixeris, voluminibus,

o, sic à
mox totā
am redu-
memoriae

eis oculis

c exhibet

anguine.
incendio.
rem suam

ne erectus.
specimina.

artes tran-
pponam.
iosissime
Theatra.
; tu ea in
& veniā
dixe-

id plerumque minimè inuenies, quod maxi-
 mè quæsieris. Abi modò & scrutare tuos illos
 codices; quære è proximis titulis: *Mina Sara-*
ceniregis, Musca picta artificem monstrat, Na-
uigij loco crocodilus, Noctos precibus peruigila-
ta, Oculorum castigatio, Ossa oleum stillantia,
 & infinita talia si repereris, magnus mihi
 eris Apollo. Obuium se dabit quidquid tu
 ipse excerpseris. IV. Non cuiusuis marsupij
 est, grandiore illam librorum molem e-
 mere Anno millesimo sexcentesimo trigesi-
 mo primo. Theatrum vitæ humanæ auctius
 & emendatius in lucem datum est: si pla-
 cet, eme; septuaginta tantùm florenis væ-
 nit, quos bibliopolæ debeas, bibliopegum ta-
 ceo. Hic morbus noster ægrè annuet emptio-
 ni, cum pleriq; auariores simus nummorum,
 quàm librorum V. In grandioribus illis volu-
 minibus innumera sunt, quæ tibi numquam
 proderunt, sæpè non scriptorum, sed tuo
 vitio aut ignorantia. Nam plurima in ijs
 quidem comprehensa, tu tamen numquam
 inuenies, quia quo loco lateant ignorabis.
 Sapiencia absconsa & thesaurus inuisus, quæ
 utilitas in vtrisque? ^a Tua, & à te collecta tibi
 erunt vtilissima, hæc enim haud difficulter
 recenti memoria complectêris. Trigemi-
 nos indices, quos suasi faciendos, dimi-
 dio die facillimè percurres, & insuper tem-
 pus

^a *Eccl. cap. 20. v. 32.*

pus supererit alijs laboribus dandum. Sed ad numerum, quem haectenus seruauimus in hoc etiam tertio indice, quinque elementorum paradigmata statuamus.

Piscina Pollionis crudelissima.

Proditio proditori pessima.

Pedibus scribens.

Pelluuium Amasis.

Pomi argumentum Carthaginem euertit.

Pecunia in arcâ lapidescit.

Petra amantium.

Pater proijcit è moenibus hosti gladium iugulando filio.

Pruna manibus allata.

Piscis reddidit Asilano suum annulum.

Pecunia in plebem sparsa; carpentum argenteum.

Paxis mensa non illatus sata in uenatione conculcata tacite reprehendit.

&c. &c.

Nec dubita inter elementi huius titulos comprehendi etiam istos multiplici variatione: *Patientia, Perseuerantia, Paupertatis, Pœnitentia, Prouidentia Diuina* illustria specimina. Sic etiam non omissa *Pigritia, Procrastinationis, Pusillanimitatis, Pudoris noxiij exempla.*

Litteram mutam, & ut Quintiliano a videtur, propemodum superuacaneam, (Q)

G 3

quia

a Quintil. l. 12. c. 10.



quia raros habet titulos, transimus. Elementum ergo proximum, eiusque initium inspiciamus.

Rosa, alijque flores exhibiti mediâ hieme.

Riserunt, & cantarunt in morte plures.

Radbodus impius quarit societatem apud inferos.

Reges non irritandi.

Regale capillitium Chrotidis.

Rapa nobile donum regi.

Res è joco nata.

Regum Hierosolymaorum coronatio.

Repentina clades tripudiantibus immissa.

Re vixerunt aliqui in rogo.

Robustissimi, Glaucus Carystius, &c.

Risus inter lacrymas.

&c. &c.

Ita nunc etiam paradigma Indicis in Historica dedimus. Hic pono, explicatos modos Lemmatum, Aduersariorum, Historicorum, Oratori, Rhetori, Concionatori, Philologo cuiicumque conuenire. Transseamus igitur ad aliarum quoque facultatum exedras, ut cõstet tam Philosophiæ ac Theologiæ, quàm ceterarum artium ac scientiarum studiosis dictam excerpenti rationem profuturam.

CA.

Qui dictus Excerptandi modis Philosophus, Mathematicus, Medicus, Iurisconsultus, Theologus uti possint.

SVNT homines semidocti perquam tenui
 eruditione tincti, qui historiales aliquot
 in medium recitare, dictum aliquod è me-
 lioribus proferre, facetas nonnunquam &
 sales narratiunculis inspergere nōrunt: Pu-
 tes eos ex Hippocrenes fontibus largiter bi-
 bisse. Sed sæpius cum ijs versare, & eadem atq;
 eadem decies, tricies, centies narrari audies.
 Deest varietas, quam illis suggererent Excer-
 pta. At illi huius exercitationis aut ignari, aut
 negligentes, quidquid memoriæ tenaciùs in-
 hæserit, id ubiq; venditant. Deest nimirū su-
 pellex complurium eiusmodi dictorū, aut
 historiarum, quæ familiari colloquio misceri
 possint. Sunt etiā, qui seipso specioso nomine
 Politicos vocent. Suarū esse partiū hi putant
 de quavis re, præsertim politicā, facilè præp-
 tēq; vel ad extemporalitatē vsq; posse disere-
 re. Sermo nascitur de magistratu, rebūsq; cu-
 riæ? copiosè disputant. De pace ac tranquillo
 Reip. statu? multa proloquuntur. De Marte
 rebusque bellicis? etiam hīc sapere videntur.
 De venatu, aucupio, piscatu fit mentio? neq;
 hīc tacent. De scientijs & artibus, de Poësi
 & Rhetoricā, de Philosophiā & Mathema-
 ticā,

. Elemen-
 tum inspi-

hieme

plures.

m apud in-

missa.

is in Hi-

xplicatos

m, Hi-

onciona-

re. Tran-

cultatum

c Theo-

scientia-

ationem

tica, de Medicinæ, de Iurisprudentiæ aut
Theologiæ studijs oritur disputatio? neque
hic obmutescunt. Censeas eos per artium &
scientiarum omnium hortos non sine spolijs
ambulasse. Sed penitus hos disertatores in-
spice, & inuenies quàm multa è suo pro-
fumo sensu proferant, quam exigua, & rara eo-
rum eruditio sit. Aspergunt quædam è Ma-
thesi aut Philosophia naturali, è Galeno, aut
Baldo, aut etiam Augustino quædam balbu-
tiunt. Ex omnib⁹ aliquid. Isti nimirum, quod
dici solet, ex paleis inanibus trituram faciunt.
Scire volunt, & sciri, sed viam ad scientias ig-
norant. Monstremus illam comiter, ne no-
stri promissi fidem accusent. Quid, aut quo-
modo Medicinæ ac Iurisprudentiæ studiosis
excerpendum sit, quæris. Proficiendi deside-
rium aperis. Te igitur manu ducam. Quod de
Medicis & Iurisperitis dixerimus, id etiam
Mathematicis, Philosophis, Theologis sua-
sum putato. Ordiamur ab Arte Medica, quam
ego semper plurimum & amaui & veneratus
sum. Imò huic studio, ni diuini nutus aliò du-
xissent, me totum consecrasset in discipulum. Pe-
ritus Medicus ægroto Angelus, imò Deus est.

§. 1.

Medicinæ studium aggressurus, omnium
primò putem, scriptores notæ melioris, tam
priscos, quàm recentiores notit. Inter priscos
alij Græci, Arabes alij. E Græcis princeps
Hippo.

Hippocrates Coss, qui ævo Artaxerxis Longi-
mani vixit, annis circiter quadringentis o-
ctoginta ante partum Virginis. Multa Hip-
pocratis scripta lapsus sæculorum nobis inui-
dit. Hic facile Medicorum primus sit, et si
Medicinam in artē non redegerit, quod præ-
stitisse dicitur *Galenus Pergamenus*, sexcentis
annis posterior, qui ævo Antonini Pij Romæ
verè floruit. Secundum istos medicinæ prin-
cipes è Græcis celebriores numerantur *Oriba-
sius Sardus* (quem Galeni simiā dicunt) *Aëtius*,
Alexander Trallianus, *Paulus Ægineta*.

Inter Arabes præcipui sunt *Auicenna*, *Me-
sue*, *Rhasis*, *Ioannes Serapion*, *Auenzoar*, *Ha-
ly abbas*, *Almansor*. Doctrinam horum rej-
cit *Leonardus Fuchsius* in Institutionibus l. 5.
c. 11. & ultimo. Sed errasse hinc *Fuchsiū* pronū-
ciat totus ferè Medicorum senatus, qui Ara-
bes illos vt scriptores eximios complectitur.

Medicorum Practicorum methodus pænè
ab omnibus constituitur hæc triplex, Patho-
logia, Simiotica, Therapeutica.

Pathologia morborum nomenclaturas, id-
eam, statum, naturam differentias, causas,
adeoque pathemata, & quæ corpus patitur,
declarat.

Simiotica continet morborum signa, tam
ea, quæ morborum patefaciunt, & dilotica,
vel pathognomonica dicuntur, quam ea, quæ

G 5 mor-

Alij 436. valdè variant hic auctores.

morbōrū euentus docent, & prognostica vocari solent. Hic artificij est, cōparatio virium cum morbi vi, & solers coniectura, vtrum ab altero sit vincendum.

Therapeutica morborū continet curationē, quæ ab indicationibus petenda. Porrò *Therapeutica*, pars Medicinæ obsequiosa in *Dietam*, *Chirurgiam*, & *Pharmaciam* diuiditur. *Dietæ* accuratum studium, & tibi, Faustine, & omnibus Medicinæ amantibus summè atque vnicè commendo. De hac tibi plura suo tempore, sed in aurem. Iam progrediamur.

Ego quidem tam Philosophis, quàm Theologis, tam Medicis, quàm Iuriconsultis geminas classes illas *Aduersaria* & *Historica*, censeo multum profuturas, tam ad familiarem dissertationem, quàm ad scientiæ augmentum; sed maximè, meo quidem iudicio, erunt adiumento *Lemmata*, quæ Medico quidem hunc in modum conficienda. Exempli gratia paucos titulos Lemmatum subiungamus.

Febres in genere. De his Galenus l. 1. de Different. febr. c. 1. 2. 3 l. 1. ad Glaucon. c. 1. Daniel Sennertus l. 1. de Febris, primis quinque capitibus. Hieronymus Mercurialis l. 5. Practicæ medic. quatuor primis capitibus. Nicolaus Piso l. de Febris c. 1. Horatius Augenus l. 2. de Febris, primis octo capitibus. Hercules de Saxonia l. 8. Panthei sui, seu Medic. practicæ. Ioannes Fernelius in Generali
sua

sua Methodo curandarū febrium, toto tractatulo, capitibus 12. distincto. Ioānes Heurnius l. de Febribus, primis quatuor capitibus. Donatus Antonius ab Altomari, parte prima tota, de Medendo febribus. Sunt vniuersè, 54. capita. Hieronymus Capiuaccius l. 6. Medic. practicæ, qui de febribus agit, primis 28. capitibus. Ferdinandus Mena in Methodo medendi febribus, quæ Medicis Hispanis vsitata.

Hic, Faustine, nota: Scripturus aut docturus publicè de febribus, hos omnes lege. Sed vnum, inquis, non plures lectioni meæ permittit tempus: quem seligam? saluo meliori iudicio Danielem Sennertum, nec breuem nimium, nec nimis prolixum. In ceteris hic scriptor seipsum commédabit. Sed paullulum pergamus.

Febris quotidiana. Galenus lib. 1. ad Glaucon. c. 7. & 12. Sennertus l. 2. de Febribus cap. 19. Mercurialis l. de Febribus cap. 12. Augenius l. 5. de Febr. c. 15. Piso lib. de Febr. cap. 10. Capiuaccius l. 6. Pract. medic. cap. 32. Ab Altomari de Meden. febr. part. 3. cap. 6. Fernelius l. 4. Pathol. c. 12. De Saxonia Panthei lib. 8. c. 35. Heurn. l. de Febr. c. 23. Mena Meth. meden. febr. c. 32. & 33.

Febris tertiana, notha, seu spuria, Galenus l. 1. ad Glaucon. c. 5. & 10. Sennertus l. 2. de Febr. c. 18. Mercurialis l. 5. de Febr. c. 9. Augenius l.

stica vo-
o virium
trum ab

urationē,
rò The-
ain Di-
liuiditur.
Faustine,
immè at-
plura suo
iamur.

m Theo-
tis gemi-
ca, cen-
miliarem
augmen-
tio, erunt
quidem
pli gratia
mus.

1. de Dif-
1. Daniel
quinque
l. 5. Pra-
s. Nico-
Augeni-
capitibus,
seu Me-
Generali
sua

5. de Feb. c. 14. Piso l. de Febr. c. 9. Capiuacci^o l. 6. Pract. medic. c. 29. Altomarius de Meden. febr. part. 3. c. 4. Fernellius l. 4. Pathol. c. 23. De Saxoniâ Panthei, lib. 8. c. 32. Heurnius l. de Febr. c. 22. Mena Meth. med. febr. c. 28.

Febris quartana. Galenus lib. 1. ad Glaucon. c. 6. & 11. Sennertus lib. 2. de Febr. c. 20. Mercurialis l. 5. de Feb. c. 11. Augenius l. 5. de Feb. c. 16. Piso de Feb. c. 12. Capiuac. l. 6. Pract. medic. c. 34. Altomarius de Med. febr. p. 3. c. 5. Fernellius l. 4. Pathol. c. 14. De Saxonia Panthei, l. 8. c. 36. Heurnius l. de Feb. c. 25. Mena Meth. med. febr. c. 29. 30. 31.

Doctrina de febribus difficilis, necessaria, utilis.

Ophthalmia & Lippitudo. Christophorus à Vega l. 3. de Arte medendi, sect. 2. c. 1. Heurnius de morbis oculorum, aurium, nasi, oris, dentium, cap. 3. Mercurialis l. 1. Pract. Medicinæ c. 38. Piso de morbis cognoscendis & curandis, l. 1. c. 27. Capiuac. l. 1. Pract. Medic. c. 31. Altomarius l. de Medendo corporis malis, c. 10. Fernellius l. 5. de Partium morbis & symptomatis, c. 5. de Saxonia l. 1. Panthei, c. 19. Sennertus l. 1. part. 3. sect. 2. c. 12.

Dentium dolor. Ijdem, sed alijs atque alijs capitibus.

Angina. Priores, mutatis locorum numeris.

Asthma. Iam notati auctores, sed diuersis capitum testimonijs.

Tussis.

Tussū. Priori modo scriptores annotandi: Ita, stomachi vitia; Grauedines, seu catarrhi, Vertigines, Bilis atræ & flauæ peccata, Pleuritis, Phlebotomia. Ita prorsus sine certo ordine, (quem Lemmatum index dabit) omnis generis morbi in Lemmata redigēdi, adscriptis auctōribus eo modo, quem hīc oculis representamus.

Quōd si aliquid singularis pharmaci & artificij medici legas vel audias, illud inter *Aduersaria* referes, & conscribes fusiū, aut certē inseres his *ipsis* lemmatibus. Scio Medicorū peritissimos id fecisse, qui subinde ab amiculis quiddam vilitatis in speciem remedij audierunt, & in vsum industria grandi traxerunt. Periti est addere, demere, cum iudicio, quo vulgus caret.

Auctōrum, quos laudavi, diuersæ sunt editiones: ego eam adhibui, ne erres, quam hīc ostendo.

Galenus Venetijs apud Iuntas, anno 1565. folio. Hieronymus Mercurialis Francofurti ad Mœnum, 1602. folio. Horatius Augenius Francof. 1604. Nicolaus Piso Francof. 1580. fol. Hieronymus Capiuaccius Francof. 1603. fol. Donatus Anton. ab Altomari Lugduni, 1597. fol. Herculis de Saxonia Pantheum, seu Medicinæ Practicæ tēplum, Francof. fol. sine anno. Christophorus à Vega Lugduni, 1587. fol.

Ita ipse fecit Galenus.

Tussis.

fol. Ioannes Fernelius Francof. 1592. folio. Ioannes Heurnius Lugduni Batauor. 1594. in quarto. Ferdinandus Mena Antuerpiæ 1568. in quarto. Daniel Sennertus Wittebergæ 1628. in quarto.

Ex his auctoribus, creduntur omnium optimè scripsisse, Christophorus à Vega, Donatus Anton. ab Altomari, & Nicolaus Pifo, ad hodiernum usum Daniel Sennertus, vir multæ lectionis ac diligentia.

Et quamuis omnes illos auctores Excerptis necessariò vsos, ijsque plurimum adiutos credam (quæ enim aliter potuissent?) id tamen singulariter ostendit Franciscus Valleriola; qui Locos communes, excerpando utique confectos in lucem dedit.

Valleriolæ sunt ipsissima hæc verba: lege, obsecro, lege: Itaque in id animum appuli, ut Medicinã longè lateq; diffusã, & quasi incertis sedibus vagantẽ, totam cõponerem, atque in ordinem cogere. Quod hac ratione fieri posse putavi, si ad cõscribendos locos de Medicina cõmunes, totum me dare, ut quæ in arte rudia, impolita, perplexa, obscura, dispersæ essent, quæ etiã confusa, & quasi Cimærijs tenebris inuoluta, ea in ordinẽ cuncta atq; cõpendium, adhibita methodo, redigerem. Ut locorũ de re Medica cõmunium accurata tractatione vniuersæ Medicinæ placita atq; scita suis sedibus reponi, dispersa in ordinem cogi,
dis-

diffusa colligi, & confusa distingui possent. Quod cum in alijs artibus ac disciplinis effectum à summis earum professoribus vidis ē: idq; in nostra tantum desiderari Medicina, in qua id præstari maximè, & ad compedium, & ad hominum vtilitatem decebat, nolui hac in parte mutilam, mancãve Medicinam esse. Institutiones porrò medicas scripserunt: *Leonardus Fuchsius, Daniel Sennertus, Ludovicus du Gardin* cuius liber inscribitur, *Hortensij Introductio, Gilbertus Tacchæus*. Ex his materiam omnem medicã doctissimè censetur tradere Sennertus, quòd si breuitatē institutionum quæras, omnibus præfertur Tacchæus.

Sed priusquam ad Iureconsultos transeamus, tu cedo ex illis forulis, quæso, Medicum illum, *Ioannes Iacobus Veckerus* est, qui Medicinam vniuersam non ingenioso solum, sed perquam vtili compendio complexus. Et eni ista libri inscriptio: *Medicina vtriusq; Syntaxes, ex Græcorū, Latinorum, Arabumq; thesauris, per Ioan. Iacobum Veckerum, singulari fide, methodo ac industriã concinnata. Accessit index locupletissimus*. Liber mihi in paucis charus, hinc semper ad manum est. Sine responso non facile dimittor, quotiescumque illum consulo: summatim breuiterq; docet, quod interrogo.

Sed ecce totam simul bibliothecam Medicam
 a *Valleriola* in epistolâ nuncupatoriã ad *Morantem*
morentinum Ducem, &c.

folio. Io
 1594. in
 iæ 1568.
 gæ 1628.

ium op-
 ga, Do-
 nus Pifo,
 us, vir

s Excer-
 adiutos
 d tamen
 lleriola;
 o vti que

a: lege,
 opuli, vt
 si incer-
 n, atque
 one fieri
 de Me-
 æ in ar-
 disper-
 imme-
 ta atq;
 rem. Vt
 ata tra-
 tq; scita
 m cogi,
 dif-

cam, commonstro. Hæc libro præfixa frons est: *Bibliotheca Medica, siue Catalogus illorum qui ex professo artem medicam scriptis illustrarunt. Nempe Qui, Vbi, Quâ formâ. Quoue tempore scripserint.* Libri auctor Paschalis Gallus, qui parte prima suæ bibliothecæ mille ducentos viginti quatuor auctores percenset, & singulos e scriptis exhibet noscendos: Nonnulla scitu non indigna miscet. Parte altera appendices nectit non inutiles: Quinam hucusque de Medicina scripserint Sermone Gallico, & Germanico: Quinam in Hippocratem & Hippocratis Aphorismos, in Galenum, in Auicennam, in Dioscoridem: Quinam de re Chirurgica, Anatomica, Herbaria commentaria dederint: Qui Pharmacopœas, qui Practicas, Consilia medica, Pestem, Luem veneream scriptis explicarint: Vide Bibliothecam, sed compendiosissimam, & quam manu vel sinu circumferas. Iam porrò Iurisprudentiam accedamus.

§. 2.

E dictis, arbitror, satis luculentum, quomodo Ciuilis Scientiæ amans excerpatur. Nam excerpenti ratio hîc eadem est cum priori, mutatis solum auctoribus. Et *Aduersaria & Historica* Iurisconsulto proderunt, maxime verò *Lemmata*.

Quid autem Iurisconsulto de Solertia Excerpenti yniuersè sit sentiendū, doctissimus
Iure-

Iureconsultus, Mattheus Gribaldus Cheria-
 nus his omnino verbis, monitor præcellen-
 tissimus explicans: Ultimus, inquit, studioso
 iuveni labor superest (posteaquam & in legi-
 bus bene versari, & Doctorum opiniones
 discutere subtiliter atque ingeniosè didice-
 rit) memoriam firmiter stabilite, ne (vt ali-
 quando prædiximus) tot vigiliæ, totque la-
 bores intèreant. Quippe & memoriam ho-
 minis labilem esse constat, & nullam ferè dis-
 ciplinam officium memoriæ magis, quam le-
 galem desiderare. Quocirca magnoperè eni-
 tendum est, vt quod memoriæ viribus effici
 non potest, solerti id calamo suppleatur. De-
 bet itaque iuuenis, cum ex lege aliqua me-
 morabilem regulam, vel sententiam notaue-
 rit; aut ex glossematis Doctoribusue enuntia-
 tum aliquod *excerpserit*; ociter in librum sele-
 ctum, sub congruis locis ac titulis referre, nec
 aliorum fidere repertorijs, quæ parùm qui-
 dem conferunt his, qui nullum laborem im-
 penderunt. Id tandem firmiter retinemus,
 quod nostro ingenio ac sudore parauimus.
 Hoc certo certius est, nullum à legibus con-
 ditis spectatæ scientiæ virum, aut magni no-
 minis Doctorem, suo indice, vel repertorio
 caruisse. Alius enim materiales tantum regu-
 las in elementorum ordinem redegit: alius
 Iuris regulas sub congruis titulis collocavit:
 plerique verò decisiones Doctorum, seu
 com-

communes opiniones, tum ex illorum com-
 mentarijs, tū etiam consilijs latissimè conge-
 serunt, vt (quoties casus occurreret) singula
 ad manum haberent. Mihi autem, studiosi
 iuuenes, disponendus sic liber videtur, vt ab
 initio in tres partes distinguatur: in quarum
 primâ regulæ materiales, in secundâ, mora-
 les, in tertiâ Iuris regulæ sub congruis locis ac
 titulis statuuntur. Rursum pars vltima, quæ
 Iuris regulas continebit, in triplicem tracta-
 tum diuidatur: quorum primus cōtractuum,
 secundus vltimarum voluntatum, tertius iu-
 diciorum regulas complectatur: atq; ita per-
 fectissimus totius Ciuilibus scientiæ index mo-
 dico labore cōparabitur. Nec esset fortè con-
 temnendi laboris opus, omnes Bartoli theo-
 ricas in regulas & explicationes redigere:
 quod permultos quidem attentasse scio, per-
 fecisse adhuc neminem. Sunt præterea non-
 nulli (vt prædiximus) qui labori magis, quàm
 ingenio vacantes, reiectis legum subtilitati-
 bus, solas Doëtorum opiniones amplectun-
 tur, easque omnium voluminibus collectas
 in ordinem redigunt, ac disponunt. Ad quod
 abundè sufficere potest amplissimum illud
 Firmani Bertachini repertorium in tria volu-
 mina distinctum. Nos aliquando (fauente
 Deo) perfectum indicem in communem v-
 tilitatem proferemus, in quo nõ minus inge-
 nio, quàm labori tribuisse probabimur. At verò,
 iuue-

iuuenes felicissimi, in præsentia satis sit, hanc breuissimam methodum, ex tempore meditatam, vobis progredi incipientibus, vice Saturnalitij muneris, edidisse; vt, quo pacto leges tractari debeant, tantisper ediscatis, donec alia maioris argumenti opera excudantur. Ceterum locos ipsos, tam ad materiales, & morales, quam ad Iuris regulas pertinentes, studiosè subiecimus, quò futuri indicis specimen aliquod iam agnoscere incipiatis.

Hæc ad verbum Iuris peritissimus Gribaldus, qui vt efficacius hoc ipsum persuadeat, diuersis id dissertationibus impensissimè cõmendat, his omninò titulis ad dissertationes singulas præfixis: Locos communes ingenij gratiã habendos, & materiarum sedibus memoriã adiuuandam, capite 17. De Locis communibus, capite 18. De Sedibus materiarum cap. 19. Philosophos, oratores, historiographos, poëtas, aliosque idoneos auctores interdum recreationis gratiã legēdos, capite 20. Numquam parcendum calamo, & quæcumque vel ex legibus vel ex idoneis auctoribus excerpuntur, in repertorium atque ordinem redigenda, capite 22. docet.

Quid ego his addam amplius? Ex ore meo, è sensu, è meo pectore locutus mihi videtur vir iste Iuris sciētissimus. Et ne quis nouitatē vocis, *Excerptare*, accusare possit, hac ipsã ille, cū ea his studijs sit propria, peritè vtitur: ita
etiam

etiam memoriæ defectum *solerti calamo* sup-
plendum opportunissimè monet. Vel mille-
tertium loco, hic nobis vnus sit. Sed progre-
diamur paullulùm hoc calle.

Ad acuendam Excerptendi solertiam sub-
sidium non leue conscriptum à pluribus Iure-
cōsultis, Ioanne Neuzano, Ludouico Gome-
sio, Ioanne Fichardo, & Ioanne Baptistâ Zi-
leto, quos Ioannes Wolfgangus Freymonius
I. V. D. magnâ parte auctiores in lucem dedit
hac libri inscriptione: *Elenchus omnium aucto-
rum, qui in Iure tam Ciuili quàm Canonico, vel
commentando, vel quibuscumque modis expli-
cando, ad nostram vsque ætatem claruerunt, No-
mina & monumenta complectens, &c.* Editus
Francofurti ad Mœnum, anno M. D. LXXIV.
Non grandis est hic liber, & leui pretio para-
bilis. Sed opus illud ingens est, & quod vnus
bibliothecampæne constituat, cui inscriptio
hæc præfigitur: *Traclatus vniuersi Iuris in vni-
congesti, XVIII. materias, viginti quinque volu-
minibus comprehendens. Præter summaria singu-
lorum traclatum accessere locupletissimi Indices,
ita distinctè & ordinatè compositi, ut Lector ma-
terias, temere antehæc sparsas artificiosâ distribu-
tione sub vno quasi aspectu positas contueri possit.*
Hæc primi tomi frons est. Soli autem indices
tribus iustis voluminibus distinguuntur.
Sunt ita vniuersè viginti octo grandia volu-
mina Venetijs edita, anno M. D. LXXXIV.

Vti.

Vti verò non cuiusuis est Corinthū adire. Ita nec cuiusuis est tot libros emere. Florētis ducentis illa tot volumina vix emeris. Expensarum tamen neminem pœniteat, si possit ea emere vel trecentis. Vir Iureconsultissimus, mihi non solum notus, sed iam dudum familiaris, de hoc ipso Iurisprudentiæ thesauro sapiculè differens: Quid riuulos, inquit, scilicet etiamur, quid libros cōgerimus, & bibliothecas implemus? Hic simul omnia possidemus, quæ de Iure dicundo docemus. Tu verò quod deest monetæ, ne patiaris deesse solertiæ. Excerpe, & aurum lege, ex his, quas monstro, Aurifodinis. Hic te aurilegulum esse cupio.

Potrò Iurisprudentiæ tironibus commendari præ cæteris solent Ioachimi Minsingeri, Ioannis Schneidvini, Hermanni Vulceij cōmentarij ad Institutiones scripti. Posterior horum a tam Theoriæ quàm Praxi conducit. His Matthæi Wesembecij & Iacobi Cuiacij Paratitla succedunt. Disputationibus publicis & priuatis seruiunt Theses Hieronymi Treutleri. Sunt qui Francisci Duareni, Valdrici Zasij, Iacobi Cuiacij opera hoc ipso sine legant. Sed hæc fortasse absolutioris scientiæ viris plus commodant.

Hericus Canisius vir integerrimæ vitæ, mihi olim Ingolstadij nouissimus, in Ius Canonicum Summā scripsit, quæ illius Iuris notitiā

præ-

a Schneidvini.

alamo sup-
Vel mille
d progre-

tiam sub-
ibus Iure-
o Gome-
ptistâ Zi-
ymonius
em dedit

um aucto-
onico, vel
odis expli-
rum, No-

Editus
LXXIV.

tio para-
od vnum
scriptio

is in unū
ue volu-

ria singu-

Indices.

etor ma-

distribu-

eri possit.
indices
untur.
a volu-
XXIV.

Vti.

præbet. Huic parandæ aliqui legunt Institutiones Ioannis Pauli Læcelloti Perusini, sed rarius prior frequentioris vsus est. *Ioannes Oldendorpius* Classes Actionum & Exceptionum scripsit, quas utiliter leget, qui à Theoriâ trãsit ad Praxim.

E recentioribus laudandâ methodo scripserunt, *Franciscus Cardinalis Mantica*, de Tacitis & ambiguis conuentionibus. Item de Cõie cturis vltimarum volutatatum. *Antonius Gomezius*, Variarum Resolutionum dedit Tractatum, vbi de Successione ex testamento, de Contractibus, de Delictis agit. *Antonius Faber* de Observationibus practicis scripsit ordine librorum Iustinianæi Codicis. *Andreas Fachinaus* de Controuersijs Iuris, non minus Praxi, quàm Theoriæ commodus videtur. Materiam feudalem elaborarunt. *Hëricus Rosenbal*, & *Hermannus Vultei*, qui priori nequam deterior, sed succinctior Locos Cõmunes, seu Excerpta ceteris melius censeret confecisse. *Nicolaus Vigelius*, gemina methodo Iuris Ciuilis, & Controuersi, in prima Leges, seu ipsos fontes; in altera certantes Doctorum opiniones refert. Sed ad ipsa iam Lemmata. Exempli gratia his ea titulis ordiamur.

Testamenta. De his Ius Ciuile integros offert titulos. Institutiones l. 2. tit. 10. Digesta l. 18. tit. 1. Codex l. 6. tit. 23. Ius Canonicum l. 3. Decret. tit. 25. Interpretes ad singulos titulos. Ad instit. *Schneidruv.* *Minsinger.* *Vultei*, alij.
Ad

Ad Digest. *Bartolus, Baldus, Castrensis*, alij. Ad Cod. ijdem, qui ad Digesta: è recentioribus *Ioannes Sichard*. Ad Ius Canonicum *Abbas Panormit*. Rem testamentariam ex instituto tradit è recentioribus *Ioannes Dauth*.

Restitutio in integrum. Præter leges & auctores iam nominatos, *Petrus Costalius* ad Dig. Hanc materiam professa opera tractant *Ioannes Mauricius*, sed vberius illo *Sfortias Oddus*. De Restitutione minorum in specie *Anton. Gomezius* tom. 2. c. 14. *Couarruias* Variar. resolut. l. 1. c. 3. & seqq.

Vsura. Distinctè hic leges docent, De Vsuris rei iudicatæ, De Vsuris Pupillaribus, De Fiscalibus, De Vsuris & fructibus Legatorum, seu fidei commissorum, De Nautico fenore. Hanc omnem materiam ex instituto tractat *Henricus Canisius*. Hoc vno sat multos nominavi.

Cambium. Vox ista Iurisconsultis forsan ignotior. De Cambio tamen scripserunt *Thomas de Vio*, qui & de Monte pietatis scripsit. *Hieronymus de Lucâ* Theologiæ Professor, è facta familia Seruorum Æternæ Matris Virginis Mariæ, *Fabianus Genuensis*.

Vsucapio, Præscriptio. Post leges & auctores iam dictos, de Præscriptione & Vsucapione, è recentioribus scripserunt *Ioannes Bolognesus*, & professis studijs *Franciscus Balbus*.

Nummaria res. *Couarrui*. de Veterum nummularum

mis matum collatione. *Reinerius Budelius* de Arte cudendæ monetæ libro singulari: Addit *Quæstiones Monetarias* l. 1. *Albertus Brunus* de Augmento & Diminutione monetarum *Ioannes Bodinus* de Republica l. 6. cap. 3. *Regnerus Sixtinus* de Regalibus l. 2. cap. 7. Plures hac de re scriptores iunxit *Tractatus* anno 1591. Coloniae apud *Ioannem Gymnicum* in quarto editus.

Ita, *Faultine*, alia atque alia lemmata, prout sese offerunt legenti, disponenda, appositis auctoribus, qui ea descriptione prosecuti sunt. Et quanti est, meliorum auctorum vel notitiam solum in promptu habere. Nam uti edonibus & bibonibus magni est, hospitium nosse, quod nobilius vinum vendat: ita Iuris aut Medicinæ studiosis plurimum conducit, scire fontes, ad quos via compendiaris pervenire liceat.

§. 3.

Hanc porrò methodum, quam Medicis & Iureconsultis, illam Philosophis, Mathematicis, & Theologis suademus. Idcirco nil opus hic prolixius morari. Profuerit hæc paucula submonuisse.

Sciat Philosophiæ studiosus, quæ sibi post auditionem Logicæ potissimum discenda. Libri 8. Physicorum. Libri 2. de Generatione & Corruptione. Libri 3. de Anima. Libri 4. de Cælo. Libri 4. de Meteoris. Libri 10. Moraliū
Ni-

Nicomachiorum. Libri 2. Magnorum Mora-
 lium. Libri 4. Moralium Eudemiorum. Libri
 8. Politicorum. Libri 2. Oeconomicorum. Li-
 bri 2. de Re familiari. Libri 14. Metaphysico-
 rum. Denique, quæ parua Naturalia vocant,
 vti sunt De sensu & sensibilibus, De memoria
 & reminiscencia, De somno & vigilia, De
 somnijs, De diuinatione per somnium, De
 longitudine & breuitate vitæ, De iuuentute
 & senectute, De sanitate & morbo, De phy-
 signomia, De plantis, De animalibus infinita.

Hic valdè dubito, Faustine, an ridere largi-
 ter, an verò grauitèr potius irasci debeamus.
 Quod nomen Philosophi gerunt, qui Aristo-
 telem inspexerint numquam; nec pagellam
 quidè præcipitante oculo peruolarint? Quot
 Theologi, qui Thomam Aquinatem vix
 vnumquam, Biblia rarissimè, aut numquam le-
 gant? Et qualem eum dixeris Iureconsultum,
 qui Bartoli aut Baldi libros nec eminus qui-
 dem salutauerit? Quis ille Medicus, qui Hip-
 pocratis & Galeni nomina vel milites & sæ-
 pius audierit, vix vnumquam viderit scripta?
 Hæc æui nostri magna labes est: ad riuu-
 los hæremus, sprete aut neglectis fontibus.
 Philosophus ante omnes Aristotelem legat:
 Theologus diuinis libris principem legen-
 di curam consecret, eos totos, nec cursim
 euoluat; scriptorem Angelicum subiungat.
 Hic reuerà grauissimè malim irasci, quam

H

ride-

idelius de
 ari: Addi-
 ertus Bru-
 moneta-
 6. cap 3.
 2. cap. 7.
 Tractatus
 Gymni-
 ata, pro-
 appositis
 cuti sunt.
 vel noti-
 m vti e-
 ospitium
 ita Iuris
 onducit,
 ariæ per-

edicis &
 athema-
 circo nil
 erit hæc

sibi post
 enda. Li-
 atione &
 ori 4. de
 Moraliū
 Ni-

ridere, Theologum tam in Biblijs, quàm in diuo Thoma ignotum esse hospitem. Ita nimirum litteris studemus; omnia discimus, præterquam necessaria. Sed ad lineam.

Philosophus ergo conuenienter suæ scientiæ lemmata conficiat, è quibus non solum auctores nosse, & quinam ceteris melius ex ijs scripserint discat, sed vt etiam in congressibus, in disputationibus, colloquijs, scriptionibus promptum habeat, quod è suo peculio promat, alioqui vt rudis scholasticus ridebitur; audiet, quod vulgò priscis obiectum. Ex Academia venis: fastum spiras ex inani scrinio, ex indocto pectore.

Ita & Theologus, quæ in diuinis scientijs singulariùs explicari solent, exactè norit, vt sunt, quæ traduntur de Trinitate, de Prædestinatione, de Incarnatione, de Angelis, de Gratia, de Legibus, de Fide, de Actibus humanis, de Iure & Iustitia, &c. huc dirigat sua lemmata, & in ea referat, vnde & auctores commendatiores nosse, & vel disputaturus, vel docturus, vel etiam scripturus, auxilium habeat paratum, quod disputantem, docentem, scribentem iuuet, eorum saltem, quæ legit vel audijt, memoriam excitet. Sine Notis & Excerptis quod initio dixi, garruli sumus infantes, incerta, dubia, paradoxa, falsa veris miscemus. Nempe, quod veteris verbi est, campanam æs audiuius, & turrim ignoramus

ramus è quâ auditum : Ex Aristotele quædam gartimus, & Aristotelem numquam inspeximus.

Quos verò scriptores Philosophus & Mathematicus, quos Medicus & Iuriconsultus, quos Theologus præ cæteris suæ lectioni seligat, infrâ parte tertia tertia monebimus.

PARS TERTIA.

Excerptorum diuersus vsus,

seu

Multiplex industria Excerptendi.

CAPVT I.

Excerpta rei Nummaria : Prima singularis industria.



VLOG. Ergò dimidium solis hodierni nostra sibi dissertatio vindicabit. Ita sesquidies colloquium nostrum finiet. Ducamus à Ioue principium. Selecta excerptere, & prauos mores non corrigere, labor sterilis, vanus, inutilis. Vnus ædificans, & vnus destruēs, quid prodest illis labor? Multa scire, seipsū ignorare, scientia periculosissima, turpissima, ignorantia

H 2

Præ-

a Eccli. cap. 34. vers. 28.

Præceptoris mei dictum sedulò commemi-
ni: Qui proficit in litteris, & deficit in mori-
bus, plus deficit, quàm proficit. Inutilis, imò
noxia scientia omnis prudentiaque est secre-
ta à probitate morum. Misera & ambitiosa vi-
ta, quæ finem tantum habet sciri aut scire!
Multi celebres fuere improbi, quorum gloria
fumus. Iungenda est virtus litteris. Omnia
huc eant, & subserviant. Ipsa eruditio sit or-
namentum tantummodò, vel adiumentum.
Decretum sit nobis bene hîc vivere, cum
modestiâ & prudentiâ æquor hoc transire,
sæpè tumidum & vndosum. Quod tibi, & do-
ctrinæ debes, exolve; sed caue virtutem lit-
teris posteriorem habeas. In vliginoso agro
qui molem struit, ruinam struit, quâ sepelia-
tur; vitijs qui doctrinam iungit, adfert gla-
dium quo lædatur.

Philetas Cous Monogrammus ille, cum
corpore tam macro esset, ut non tantum im-
pulsu iectus, sed etiam vehementiori vento
concussus in terram daretur, plumbeis uti so-
leis solebat, ut consisteret: sic tu debes, qui-
quis pallorem à chartis, maciem à studijs tra-
his, virtutem tibi substernere, ne admiratio-
ne tui afflatus in perniciem rapiaris, ac con-
cidas. Ita igitur excerpamus & notemus, ut
nos ipsos non transeamus, subinde multâ du-
riuscula notandos.

Augustus Imperator, quod Tranquillo cre-
dimus,

dimus, nepotes suos & notare docuit & narrare, aliaque ijs rudimenta ipsemet plerumque tradidit *n*. Geminam hanc notandi artem à teneris vnguiculis adolescentes discabant tam Athenis, quam Romæ. Idem Tranquillus de Caligulâ prodidit, quod ad cetera magnopere docilis, narrare tamen nescierit *b*, tamquam postremum hoc nemo nesciret. Hinc verbo veteri in hominem illiteratum & rudem dicitur: Neque narrare scit, neque litteras.

Faustine, narratorem te nō cupio, sed notatorem, Simiographum te volo & Notarium, qui sedulâ manu annotet, quidquid in scriptoribus est farinæ lectioris *b*. Notandi modum ostendi: utilitatem eius experientia monstrabit. Vidisti *Lemmata* cum suo Indice; vidisti *Aduersaria & Historica* cum suis quæque Indicibus. Incipe tuis Excerptis has triplices classes aptare, & breui non modicum profectum senties. Existimo ergo nil esse rerum annotatu dignarum, quod non in vnâ aliquam trium classium reduci possit.

H. 3.

Quodd.

a Sueton. in Augusto, c. 4. mihi pag. 121.

b Idem in Caligulâ, c. 54. & 55. mihi p. 269.

c De veterum Notarijs vide Guid. Pancirolum, volum. 2. titul. 14. Franciscum Polletum de foro Romano. Brodaum l. 4. Miscellan. cap. 9. Radulphum Fornerium lib. 3. Rerum quotidianar. c. 2. & 3. Lipsium Centur. 1. ad Belgas, epist. 27.

Quòd si aliquid tam exoticum occurrat, vt in nullam è dictis classibus reuocari commodè queat, infrà monstrabo locum, quo tale quid extrahatur. Hæc autè triplex Excerpti ratio ita cõstituta est, vt, si die vnico vel centū scriptores, idiomatis etiã diuersi, adeas, vt excerpas, id commodissimè sine rerum confusione, sine chartæ dispendio discrimine seruato, ordine saluo præstare possis. Nã etsi res enotandæ in ipsis classibus misceantur, ab Indice tamen distinctè ac compèdiosè tam oculis, quàm memoriæ subijciuntur. Neq; solum scriptores Philologos & Oratores sacros, sed Philosophos, sed Medicos, sed Iuriscõsultos ac Theologos, sed cuiuscumque artis ac scientiæ sectatores studiosos annotamenta hæc plurimum iuuabunt, modò non desit industria.

FAVST. Aut ego me valdè fallo, aut tu plures alios Excerpti modos obseruas. Videor mihi horum aliquid inter tua vidisse, sed tu hætenus id vafro silentio pressisti. Quæso te, apud cognatum ne cela, quod etiamnum latet reconditæ industriæ. EVLOG. Eblanditis suauiter: quod industriam voces id genus studij, meo sensu loqueris. Nam id omne quod restat explicandum, *Industrias singulares* appello. Et quandoquidem amicorum preces imperia sunt, exequar quod rogas, & in amicas aures arcaniora quædam instillabo.

Primum omnium est: Triplicè illam classem,

fem, quam priore parte tradidi, ego sextupli-
 cem habeo, nimirum *Lemmata* sacra & profa-
 na, *Aduersaria* sacra & profana, cum suo quæ-
 que indice. Tibi autem & plerisque omnibus
 alijs id suadendum non videbatur. Minus o-
 perosum, & minus molestum est tres classes
 adornare, quàm sex. Itaq; in primam classem
Lemmatum tã sacra quàm profana sine omni
 operositate congeri possunt. Idem de alterâ
 & tertiâ *Aduersariorum* & *Historicorum* clas-
 se affirmo; sacris & profanis vna classis suf-
 ficit, mixtura minimè absurda, modò in-
 dex sit accuratus. Ita sextuplicem vti non sua-
 deo, ita nec prohibeo; assero non esse neces-
 sariam. Nisi quis fortè sacra simul & profana
 tractet studia, nec molestum putet versare
 plures libros. Alijs omnibus ad omnia Ex-
 cerpta satis sunt tres explicatæ classes. Hoc
 primum est, quod inter amicos non censui
 dissimulandum, sed de hoc ipso paullo post
 plura *a*

Alterum est: Industrias quasdam singula-
 res familiarissimè hîc exponam. Harum pri-
 ma sit *Res nummaria* cum suo indice. En vo-
 lumen soli pecuniariæ rei dicatum. Hæc ple-
 raque omnia referri potuissent ad Histori-
 ca. Quia tamen priscae ac nostratis monetæ
 inter se collatæ notitiam paucissimi habent,

H 4

& plu-

a Infrà cap. 4.

urrat, vt in
 commodè
 o tale quid
 pēdi ratio
 centū scri-
 s, vt excer-
 onfusione,
 ruato, or-
 es enotan-
 Indice ta-
 oculis, quã
 scriptores
 d Philoso-
 sac Theo-
 cientiæ se-
 æc pluri-
 ustria.
 ut tu plu-
 as. Videor
 sse, sed tu
 i. Quæso
 etiamnum
 blanditis
 genus stu-
 ne quod
 ulares ap-
 m preces
 & in ami-
 bo.
 llam clas-
 sem,

& plurima hinc notata dignissima occurrunt, placuit in librum separatim excerpere, quæsumque pretium & monetam spectant. Nec operæ vniquam pœnituit. Res mihi hætenus fuit vtilissima. In hoc volumine breuiter perscripsi, quid as & omnes assis partes, quid sestertius & sestertium, quid denarius, quid libra Romana, quid philippeus, quid talentum tam auri, quam argenti sit: hinc de didrachmo, tetradrachmo, Boue, statere, siclo, Tresse, Decusse, Cētusse, Calculo æris signati dilucidus ac breuis contextus loquitur. Hac Excerpti industria eò progressus sum, vt nulla facile in prisco scriptore mētio fiat monetæ, vel cōputationis, quã non è notis meis perspectam habeam. Ex iisdem omnium rerū pretia, præcipuè veteri æuo vsitata, facillimū est indagare. Cùm hinc omnem Hebræã, Græcam, Romanam monetam comprehenderim. Hinc notes, Faustine, velim: Quandocumque ego de me meisque Excerptis mentionē facio, tu semper priscorū illud memineris, *Præfiscini a.* Quod illi tantumdem erat perinde sicut dice-

a Præfiscini, aut Præfiscine dicebant veteres, Gell. l. 10. Noct. Atticar. c. 24. mihi pag. 336. Præfiscine de præsentibus, Præfiscini de futuro dici notat Scaliger. Plautus, Præfiscini hoc nunc dixerim. Alibi: Ad laudem addito, Præfiscini. Ad amolendum scilicet fascinum & inuidiam, ubi quis imper

dicerent: Hoc sine omni jactantiâ dictum esto. Aut: Absit dicto invidia. Et quid ego me: meaque apud aures tam amicas & familiares jactem? Tecum ego velut mecum ipse loquor, hoc est, sincerissimè & candidissimè, & quem nil velim, nil possim celare. Quod enim apud alios silentij & modestiæ velo tegerem, id apud te liberrimè proloquor. Sed exemplis, quod dixi, demonstro.

Cupias fortassis scire, idque ante omnia, Christi Servatoris venditi pretium quale fuerit. Sententiæ hinc diuersæ. Quæ mihi visa sit: verisimillima, significabo, ubi prius scriptores, quos hac in re consului, nominauero.

Varias hac in re sententias recitat Matthæus Hostus l. 4. de Re nummariâ, ca. 5. Sententia Hosti est, fuisse duodecim coronatos. Coronatum (quod notes Faustine) seu philippum semper pro 20. nostratibus bacijs, seu 40. sestertijs a sumo. Benedictus Pererius, to. 4. in cap. 37. Genescos, ait Iosephum à fratribus venditum 8. coronatis seu philippeis, quia viginti argenteis. Cornelius à Lapide Iosephum asserit venditum 20. florenis Brabanticis: non enim decuit tanti seruum, quanti Dominum vendi, Brabanticus autem florenus idem est, quod siclus, stater, argenteus,

Hic hoc impensius aut laudaret ipse se, aut presens ab alio laudaretur. Vide Stenochium in lib. 3. Floridorum Madaurensis. a Halb Batzen.

hoc est, 4. drachmæ, seu 8. nostrates bacij, 16. sestertij. Plura de hoc Lorinus in cap. 4. Actor. vers. 37. Bosquier Codrus, conc. 31. cap. 2. Cæsar Baronius, & post eum Henricus Spondanus, anno 34. numer. 7. putant fuisse 30. libras argenti, seu 330. philippeos. Verosimillimam, vt ego quidem iudico, sententiam dixit Iacobus Sallianus, tom. 6. Annal. veteris Testament. anno Christi 34. pagina 890. qui eam summam arbitratur fuisse 36. Francorum α cum quadrante. Cum eo sentit Ioannis Baptista Villalpandus, & Hieron. Pradus, tom. 3. in Ezechiel part. 2. lib. 2. disputat. 4. cap. 31. Ita etiam sentit Cornelius Iansenius, Emanuel Sà, Ioannes Maldonatus, Sebastianus Barradius, rejecta sententia de 330. coronatis. En pretio tantillo pretium orbis vanijt.

Hoc solum exempli loco attulerim. Vis alia compluscula? accipe compendio, è quibus Romanorum, & prisca æui opulentia noscenda.

Quadraginta sestertia, hoc est, 10000.
CORO-

a Francus vsitatè ac passim pro nostratibus nouem bacijs, seu, victoriatis sumitur. Parasij Francus decem baciorum, in Lotharingiâ seu baciorum habet pretium.

coronati, seu philippeii *a*, erant census eque-
stris sub Iulio Cæsare.

Tributa Romanorum collectim sumpta
censentur fuisse 50351. quinquaginta millia,
trecenta, quinquaginta vnum talenta argenti
Attica. Villalpandus, tom. 2. in Ezechiel. lib. 5.
disp. 3. ca. 48. Vnum talentum Atticum argen-
ti 600. philippeii. Tributum annuum Roma-
norum putant aliqui fuisse vniuersim 140.
milliones auri. Budæus li. 3. & 4. de Asse, Ro-
manas opes extendit.

Tributum Dario ex Asia, & aliquantulum
ex Libya obueniebat, talentorum quatuor-
decim millia, quingenta sexaginta; quòd si
Atticum talentum minus intelligat Herodo-
tus lib. 3. cum dicat Euboicum, erit hoc tri-
butum coronatorum, seu philippeorum,
8736000. vti jam ordine dicemus.

Cerucal regium Darij Codomanni, prout
scribit Chares Mitylenæus apud Athenæum,
eò diuitiarum & deliciarum peruenit, vt
ad caput cubilis regij conclaue haberet me-
dio pariete distinctum, eâ capacitare quæ
quinque lectos contineret: in hoc sem-
per quinque millia talentum auri asseruata,

H 6.

sunt

a Coronatus oder *Philippus* ein zwanzig bazo-
ner. In diesem werth/vnnd auff solche weis wirdt da also
zeit *Coronatus* oder *Philippus*, ein Guldthaler oder
Philtzthaler gerechnet.

strates ba-
orinus in
rus, conc.
post eum
numer. 7.
seu 330.
ego qui-
cobus Sa-
estament.
eam sum-
um *a* cum
s Baptista
tom. 3. in
ap. 31. Ita
Emanuel
bastianus
330. co-
um orbis
erim. Vis
ndio, è
opulencia
, 10000.
coro-

ostratibus
Parasijs
ringia sem

sunt meo calculo 33750000. *a* coronatii. Ipsum verò conclaue, *Cervical regium* appellari solitum. E regione huius, aliud fuit conclaue trium lectorum, in quo tria millia talentum argenti. Sunt 1800000. coronatorum. *b* Hoc *Scamnum suppedaneum* regis appellatum. In ipso regis cubiculo vitis erat aurea, gemmis ponderosa, eaque veluti pergula regio cubili obtendebatur. Hæc vitis ramos habebat pensiles ex lapillis æstimatissimis compositos. Non procul ab eâ crater aureus collocari solitus Theodori Samij opificio nobilis. Ita Villalpandus, tomo 2. in Ezech. lib. 5. disp. 3. cap. 59. Vide alium calculum Pererij in Daniele, lib. 2. vbi de opibus Persarum, in illa verba: *Post te consurget aliud regnum*. Hic idem Darius, Q. Curtio teste, l. 5. hist. c. 26. legatos ad Alexandrum Magnam

a Trigesies ter millies mille, septingentes quinquagies mille coronati. Drey und dreyssig tausent mahl tausent / siben hundert vnnnd fünffzig tausent Cronen. *Cum philippeum dicimus*, semper intelligimus ein zwänzig Bätzner / das ist / ein Silber Cronen / oder ein Philtipsthaler / oder Guldthaler / oder auch Goltgulden / wie die Münz vor Jahren gieng, *Assentiuntur typis publicis eruditi viri.*

b Decies octies centena millia coronatorum. Achthehen hundert tausent Cronen.

gnum misit hoc rogatu: Matrem & duas virgines filias redde: pro tribus corporibus triginta millia talentum auri precatur accipias. Sunt meo calculo 202500000. *a* Pro reliquis captiuis triginta millia talentum argenti, seu 18000000. *b* philippeorum, siue coronatorum spondet. Ita Iustinus lib. II. hist. mihi pag. 93. Porro Dario ex Asia tributum obuenit, uti Herodotus testatur l. 3. quatuordecim millia, & quingenta sexaginta talenta. Quod si Atticum, vel Euboicum & minus designet, erunt 8736000. *c* coronati.

Bucephalus equus Alexandri Magni emptus dicitur tredecim talentis, seu 7800. coronatis. Agell. lib. 5. ca. 2. De virtute huius equi, Curtius li. 6. ante med. Hic equus nudis ascendendum se equisoni suo præbebat, ornatus regijs phaleris neminem, excepto Alexandro, admittebat.

Demosthenis facultates, ipso teste in I. contra Aphobum, erant quindecim talenta, seu 9000. coronati.

H 7

Iso-

a Ducenties millies mille, vigesies quinquiescentena millia. Zwayhundert tausent mal tausent/sunff und zwanzig hundert tausent Cronen. *b* Decies octies millies mille. Achtzehen tausent mal tausent Cronen.

c Octies millies mille, septingenta triginta sex millia. Acht tausent mal tausent/siben hundert sechs und dreissig tausent Cronen.

Isocrates vnicam orationem vendidit viginti talentis, seu 12000. coronatis. Plinius li. 7. cap. 30. initio.

Iulius Cæsar quinquaginta talentis, seu 30000. coronatis, se redemit à piratis apud Pharmacusam insulam. Tranquillus in vitâ illius.

Idem Cæsar duas tabulas, Medeam & Ajacem Timomachi, in templo Veneris genitricis dicaturus, emit octoginta talentis, seu 48000. coronatis. Plin. lib. 7. c. 38. idem li. 35. cap. 4. alium habet numerum, & plenè lib. 35. cap. 11.

Cleombrotus, vel Theombrotus, medicus, accepit à Ptolemæo pro seruato Antiocho rege, centum talenta, seu 60000. coronat. Plin. l. 7. c. 37. Tanti quoque licitatus est Attalus rex vnam Aristidis Thebani pictoris tabulam. Plinius lib. 7. cap. 37. qui idem pænè narrat aliter, lib. 35. cap. 4. & melius, cap. 10. libro eodem.

Stipendium militare olim hoc fuit. Pediti Romano decem asses, seu æris, quotidie pro stipendio dabantur, hoc est, denarius vnus, seu duo victoriati, aut 4 sestertij: Auctor Tacitus, lib. 1. Annal. ab Excessu Augusti. Centuriones duplex stipendium, & equites triplex merebant. Stipendium ergo menstruum, tres aurei coronati, seu philippi, diebus triginta in mensem numeratis.

Cen-

Centurioni sex coronati, in mensem; equiti
nouem fuerunt. De Stipendio instituto, Li-
uius lib. 4. non procul à fine. Factum id anno
Vrbis conditæ CCC. XLIX. prius suo ære
militabant.

Sed exemplorum abundè satis est. E so-
lis Excerptis talibus, Faustine, liber iste,
quem cernis, conscriptus est; hinc vetera,
noua; prisca, recentia mixtim, pleraque om-
nia historica sunt, nec aliò, quàm ad rem
sumptuariam spectantia. Hinc omnigenas
priscorum opes, vectigalia, expensas, luxum,
facili compendio licet discere. Nihil ambi-
ge, quin Hebræorum regum, præcipuè Da-
uidis & Salomonis, thesauros pænè immen-
sos fideliter annotarim. Ea hinc legi prohibet
angustum tempus. Sunt aliquot paginæ,
quas de sacrâ & politica regum illorum
opulentia conscripsi. Obstupescendi & pror-
sus incredibiles thesauri tam à patre, quàm
à filio sunt congesti. Quamuis Salomonis
luxus eò virium excreuerit, vt vel aureos
montes concoxerit; demum reuerà cœperit
egere, & nouis exactionibus mulgere subdi-
torum marsupia. Ita Salomon ærarium lon-
gè quàm opulentissimum depleuit luxu,
quod parens illius tot bellis non tantum non
exhauserat, sed accumularat. Summatim
dicam quantum thesaurorum rex David
templo struendo reliquerit, idque ratione

Gere

Germanicæ, Italicæ, Hispanicæ, Gallicæ monetæ.

Fundamenti loco sit sacra pagina, & Regum Chronicon, seu Paralipomenon liber primus, caput vigesimum secundum, & vigesimum nonum: hinc auctoritas diuina testatur à Rege David ædificando templo præter ligna cedrina, ferrum, æs, gemmas, destinata centum & octo millia talenta auri, argenti verò decies centena & septemdecim millia, si etiam Hebræorum procerum coniuncta munificentia in computationem veniat. Hæc omnia auri & argenti talenta pænè ter millies decies centena millia numerorum nostratium aureorum conficiunt. Ita Hieronymus Prædus, tom. I. in Ezech. præfatione. Cornelius à Lapide hunc calculum subducens: Salomoni, ait, pro templo pater reliquit bis mille & quadringentos milliones auri. Unum millionem vocat decies centena millia aureorum. Fuit ergo hæc auri summa incredibilis, & quæ vix totâ Europâ hodie reperitur.

Ratione monetæ Italicæ illa tot auri & argenti talenta, faciunt scutatos Romanos aureos 3282134024. hoc est, tricies bis millies, octogenties semel & vicies centena triginta quatuor millia, viginti quatuor scutatorum Romanorum aureorum, seu ter mille

2. Corn. in c. 38. Exodi, mihi pag. 596.

mille ducentos octoginta duos milliones, in-
super centum triginta quatuor millia, & vi-
ginti quatuor scutorum aureorum.

Ad calculum Hispanicum illa auri & ar-
genti moles collata constituit 2812008375.
Hispanicorum auri scutorum, hoc est, duo
mille octingentos duodecim milliones, deim
octo millia trecentos septuaginta quinque
scutatos Hispanicos. Ita Ioannes Baptista Vil-
lalpandus, tomo 2. in Ezechielem, l. 3. disput.
3. 43.

Ad monetam Gallicam vis illa pecuniæ
comparata conficit 2745051666. hoc est, bis
mille septingentos quadraginta quinque
milliones, vnum & quinquaginta millia, sex-
centos & sexaginta sex aureos nummos Gal-
licos. Hanc auri summam, vt tota ex auro sit,
non ferrent decem millia currum nongenti
& octoginta, quamuis singuli currus ducenta
& quinquaginta millia aureorum ferrent. b
Hæc carptim de thesauris ad structuram tem-
pli præparatis.

Porrò de opificibus, qui templum eduxe-
runt, eorumque incredibili numero, de Salo-
monis familiâ, de eiusdem victu, annuo cen-
su, & quidquid sumptuum ad hunc regem
pertinet, in meam rem Nummariam fideliter
excerp-

a Vnus Itatorum scutatus, seu, vt ipsi loquun-
tur scudo, nostrates bacios 25 habet.

b Salianus de Dei amore, l. 8. c. 7. sine.

excerpsit. Idem non difficulter affectus sum circa Cæsarem, Regum, Principum aliorum opulentiam, & supellectilem gemmeam. Hæc certè non erant negligenda, cum occurrerent. Cum autem annotationum harum innumeræ sint, in certum eas volumen coniiciendas censui. Et feci operæ pretium. Nec prisca solum, sed & recentia, & nostra crebrius subnotaui. Exempli gratia, iucundum illud de Carduis satiuis. ^a Eorum incredibile pretium & veteri, & nostro ævo est.

Plinius de hoc non sine grandi admiratione: Poterant, inquit, videri dicta omnia, quæ in pretio sunt, nisi res maximi quæstus restaret, non sine pudore dicenda. Certum est quippe carduos satiuis apud Carthaginem magnam, Cordubamq; præcipuè, sestertia sena millia (quis credat? sunt ipsi 150000. philippeii) vt parcius, reddere. Quoniam portentosa quoque terrarum in ganeam vertimus, etiam ea, quæ refugiunt quadrupedes conscientia. ^b Ego ipse, Faustine, hisce meis oculis vidi, veluti agellum pulchro ordine carduis satiuis consitum, de quibus horti herus affirmavit, magnam se ijs gratiam facere, quibus singulos carduos singulis denarijs, hoc est, duo-

^a Artischoggen.

^b Plin. lib. 19. Nat. Hist. cap. 8. post med. mihi pag. 451.

duobus victoriatis, & aut quatuor sestertijs vendat.

Addo illud non adeò priscum. Iustinianus Barbarus, Senator Venetus in manuscripto de bello cum Austriacis hæc habet: A patre meo audiui, iussu Senatüs populiq̃ue Veneti, Iacobo Sannazario pro versiculis, quibus urbem nostram laudarat, sexcentos aureos esse datos. Versus memoria teneo; sunt isti:

*Viderat Hadriacus Venetam Neptunus in undis
Stare urbem, & toti ponere iura mari.*

*Nunc mihi Tarpeias quantumvis Iupiter arces
Obijce, & illa tui moenia Martis, ait.*

Si pelago Tyberim praefers, urbem aspice utramque:

Illam homines dicas, hanc posuisse Deos.

Pro singulis his versiculis centeni aurei poetæ numerati sunt. O versus verè aureos! Hæc omnia tantummodò in exemplum & paradigma monstro. Vis etiam indicem inspicere? En duos characteres, quorum in superioribus nulla mentio.

Seneca opes.

Statua aurea Claudij, & columna argentea.

Salaria diuersorum.

*Sardanapalus ardet cum auri summâ multò
maximâ.*

Saraceni quantum annuatim pendant Romanis.

Sepulchro

a 2. Batzen.

ed. mihi

Sepulchro Davidis aperto quantum abstulerit
Hircanus.

Silentium injiciunt Oratori duodecies HS.

Syngrapha unica centies HS.

Serici proventus annui.

Sepulchrum Christi Domini quàm lucrosum
Turcis.

Sacerdotium novum Claudio quanti steterit.

Sepulchrum Amasis sumptuosum & admiran-
dum. &c. &c.

Addo & sequens Indicis elementum.

Tributum Antonio & Pompeio ex Asia.

Tabulas duas Timomachi Cesar emit 80. ta-
lentis.

Tabulam Aristidis rex Attalus 100. talentis li-
citatus est.

Tabulam Argonautarum quanti mercatus Hor-
tensius.

Tabula Bularchi auro repensa.

Tiberius quantum pecunia coegerit, Caligula ab-
sumpserit.

Tolosanum aurum.

Turcici Imperatoris reditus annui.

Tapetia Babylonica 20000 philippeorum.

Turris Pharus 800. talentis edificata.

Testamentum Herodis.

Telonij Brabantici ratio.

&c. &c.

Atque hæc prima est earum, quas singulares
Industrias appello, Res pecuniaria, pleraque
omnis.

omnis historica, quæ reuerà plurimum lucis, tam veteri, quam recentiori historiæ allucet. Tu si nolis huiuscemodi Notas in volumen proprium digerere (quod etiam non suadeo) in *Historicâ* refer, quod huius generis censuris enotandum. Hæc mea paucula in exemplum dedi. Ista igitur prima, sed singularis industria est. Non omnium est, scio, illam imitari. Ego autem hanc excerpenti methodum eâ causâ proposui, sed & reliqua eius generis propositurus sum, partim vt apud amicos nihil Excerptorum tegerem, aut dissimularem, partim vt Excerpti non tantum modum, quod promisi, sed & varium vsum integrè docerem. Sed manum de tabulâ: industriam singularem alteram examinemus.

CAPVT II.

*Altera singularis industria.**Lusus urbani, facetia, sales, & ioci.*

EVLOG. Hic priori longè grandius volumē porrigo, dictis ac historijs festiuioribus refertum. Hæc altera singularis industria est, Lepôres & historicam hilaritatem se ctata. En librum minimè gracilem, amœniore historiâ plenum. Hic gaudium & risus habitant, & vnus in his ordo est, esse sine ordine. Index, vt priora omnia, ita hic suis quæque elementis distinguit. Scitamenta, nuces, & mellita crustu-

abstulerie

HS.

lucrosum

eterit.

admiran-

um.

â.

it 80. ta-

alentis li-

atus Hor-

ligula ab-

m.

ngulares
pleraque
omnis

crustula pro pueris videri possunt hæc pleraque, sed mihi crede, nucleus & solidus cibus non deerit rimanti. Hæc, quamuis iocularia politicos & urbanos mores non raro formant, subinde docent & factos; litterata namque monita, & ad vitam salubria, hic non infrequentia; nonnullam etiam eruditionis suppellectilem hæ chartæ subministrant. Hic apologi, fabellæ, sales ac ioci, narrationes ludicræ, lepidiores historiæ, omnis generis facetiæ reconduntur. Sed quod superiori capite monebam, id repeto, idem moniturus circa sequentes industrias: Imitatores hæc in re si nullos habeam, aut paucos, non grauitur indignabor. Hæc enim ferè omnia ad tertiam classem, scilicet ad *Historica* reuocari possunt. Si enim in eâ classe non iudicavi sacra a profanis secernenda, nec ludicra etiam ab ijs separanda existimo, ne quidquam tædij adducam. ijs, qui hæc in re discipuli esse non recusant.

Sed ante omnia mei voluminis frontem seu inscriptionem lege; hæc est:

Sales

DICTIS FACTIS;
 FESTIVIS, RIDICVLIS;
 APOLOGIS, FABVLIS;
 PRISCIS, NOVIS;
 FACETIIS, IOCIS;
 EDITIS, INEDITIS,

CA.

CAVILLATIONI, DICACITATI;
 VRBANAE, PAGANAE;
 MORIPVS, LEPORIBVS
 AVDITIS, INAVDITIS VARIÈ MIXTI.

Hæc libri frons est; materia risûs hîc abundâs & copiosa. FAUST. Ignosce Præceptorum optime: Humanæ gentis vitiû, vt nosti, curiositas est: aures mihi pruriunt ad hos lepores & sales gustandos. EVLOG. Ergo in gustulum hæc habe, sed pauca: nō hîc libros excudimus, sed libri specimen, methodi paradigma & exemplum proponimus, practicam, vt dixi, & mechanicam dissertationem instituimus, quæ non auribus solùm, sed & oculis præceptiones datas ingerat. Ad rem.

Conuiuium erat non trium Charitum, non nouem Musarum; sed ultra conuiuij leges, plurimum amicorum. Conuenerat inter eos, vt pro se quisque festiuus aliquid narraret ad commendandam sui modimperatoris lautitiam.

Primus sic orsus est dicere: Vulpes prædavitis pagani domum expilatura per angustum foramen vix sese penetrauit. Prædam nacta speratam & prorsus optimam, lautitijs se farcit, quantum quidem venter capere potuit, quem ita distendit, vt, cum egressum moliretur, eâdem viâ neutiquâ iam amplius spatiofo corpore transire potuerit, dū luctatur &

& hæret, adest mustella, & O, te fatuam, in-
 quit, quæ tentes numquam successura: venter
 tibi nimium tunc deplendus est ille prius, si
 quidem hoc ostio velis euadere; quare age,
 reuome quod glutijsti, & tum demum per has
 fores fugam capesse. Est cum & vulpi sua desit
 astutia. Huic prorsus geminum: Serpens la-
 genam est illapsus per angustum os. In hac
 cauponâ vinum in se ingurgitavit auidissimè.
 Atque cum iam reditum pararet, omnem viâ
 sibi sic inflato & magno nimium arctam re-
 perit. Interuenit vini herus, ac luctantem vi-
 dit in vino, & cum vino viperam, ad quam
 comiter: O mea lacertula, inquit, hæc quidem
 frustra conaris. Te potius rumpes, quam
 istud tam angustum ostium. Verum hoc age
 (si quidem ego tibi sim consilio) vinum, quod
 adeò auariter tibi ipsa propinasti, hilariter re-
 uome, & redibis viâ, qua iuisti in hanc vina-
 riam domum. Apologus notat eos, qui sæpè
 opes, quas malè glutierunt, reuomere cogun-
 tur. Ita spongiæ iam turgidæ exprimuntur,
 tantumque reddunt, quantum biberunt. Sub-
 iungens alter: est cum philosopho sua desit
 scientia. Æsopus, ille ingenij abundans, cum
 hero suo non in celebri philosopho Xantho
 in alienum hortum concessit. Hic hortula-
 nus philosophum velut arcanioris naturæ
 omnis scientissimum sacerdotem interrogās:
 Quî sit, mi domine, inquit, quòd sine radice,
 &

& semine tantum lolij & inexpugnabilis graminis, tam largo & facili prouentu succrescat: neque hæ manus meæ illi quotidie extirpando sufficiunt. Et licet pedibus inuisas herbas cōculcem, vsque tamen & vsque sese attollunt humo, & felicissimè succrescunt. At verò olus illud, plantaque, quas cum stirpibus terræ insero, insertas summo studio curaque foueo, non æquè tamen felici segete proueniant? Hic philosophus trepidare, & anxius versare animo, quid demum responderet. Tandem aliud ab omni eruditione sua impetrare non potuit, quam remotum illud & frigidum: Hunc esse singularem naturæ genium. Ad hæc subridens Æliopus: Atqui & ego, inquit philosophus iam sum, hoc enim gladio vel innumeros Gordios nodos soluerim. Quare tam olitor, quam philosophus hominem vrgent, vt, si quid nosset super ea re scitus, proferret. Seruus igitur ingenio quàm forma commendatior; Xanthe, ait, herbæ, quæ hîc sponte, vltro, iniussæ pullulant, sunt terræ huius germana soboles, veri filij. At verò illæ, quas olitor aliunde petitas terræ obtrudit, & inserit vel nolenti, priuigni sunt. Ideò non mirum nouercam in hos priuignos minas esse benignam, quàm in suos filios. Ergo & philosopho subinde deest scientia, vt vulpi astatia.

Dicētis vocem excipiens conuiua tertius:

Non-

Nonnumquam & conuiuatori, ait, desunt fercula. At certè non huic nostro, sed illi, qui ad tenue salinum inuitare ausus diademata. Ruri quis inuitauerat regem Philippum Macedonem, qui cum multis comitantibus ad cenam paucis apparatus venisset, vidissetque hospitem ob id anxium, circummisit qui amicos clam moneret, vt seruarent locum rarioribus placentis, quarum expectatione, cum illi parcius vescerentur appositis, cena omnibus suffecit. Nil tale nobis hinc metuendum. Veniat rex Philippus cum suis, & epulum se dignum inueniet. Ergo & conuiuatori subinde desunt fercula.

Imò, ait quartus, non rarò deest aurum Chrysopeio *a*. Ad Leonem X. Pontificem Maximum ingeniosus veterator adiit, qui artem chemicam factitabat (quam hoc æuo exercent multi, qui, dum aurum quærunt argëtum etiam amittunt) libellum porrigens, què de auro è quauis propemodum materiâ conficiendo non sine eruditionis fucò cõscripserat. Pontifex donum non aspernatus, beneuolâ manu admisit, & hominem responso liberali censuit remunerandum. Cum autem libelli auctor insigne amplumque sibi munus speraret. Pontifex amplam certè crumenam sed vacuam redonari iussit, addito dicto: Nò ingratum sibi fuisse munus oblatum, & videri aurâ

a Goldmacher hat kein Gold.

aureâ munificentia compensandum: quia tamen ille ipse scientiam certam conficiendi auricalleret, iudicare Pontificem, commodissimos ipsi fore loculos, ut habeat, ubi aurum à se confectum reponat. O aurificem miserum, qui mendicat aurum, quod facere, quod donare potest! Ergo & aurifici subinde deest aurum, sicut vulpi astutia, philosopho scientia.

Sicut & coruo agrotanti memoria, subiecit quintus, & simul ingressus narratiunculam: Coruus morti vicinus, inquit, gravissimè decumbebat. Huic mater assidens à lacrymis non temperavit. Hanc filius fractâ & imbecilli voce, & sibi apploraret, monuit; qui precibus longè potius suam sanitatem Dijs commendaret. Cui mater: O mi fili, ait, apparet te seridè agrotare, omnis tibi memoria intercidit. Furtorum multiplicium non meministi? Et quem Deorum tibi propitium fore confidis, cum pænè nullus sit, cuius turram non spoliaris, è cuius victimis nihil furatus sis.

Agrotanti coruo simillimi, Antiochus rex Syriæ, qui Iudæos immanissimè vexavit, & Maximinus Imperator Romanus, qui crudelissimis edictis & cruciatibus atrocissimis Christianos funditus delere statuit; uterque horum divinâ tandem exerente se iustitia in morbû terribimû lapsus, cum aliud de nulla spes auxiliij affulgeret, iste Iudæos, iste Christia-

nos enixissimè rogauit, vt Deo suo pro reparanda valetudine supplicarent. O corui! non meministis, quantum illos afflixeritis, quorum vota precesque nunc exposcitis. Nimirum ægrotanti subinde, nec mirum, labat facinorum commissorum memoria.

Ita subinde moribundo, quod mirissimum (conuiuia sextus addidit) non labat animus vlllo metu. Et: Ferunt hominem fuisse, inquit, iam in patibulo, iamque in ipsis fatalibus scalis constitutum, nihilominus ore reidenti ad iudicem hæc infra spectantem dixisse: Mirari se vbi senex ille non procul astans affigeret conspicienda, cum naso esset admodum simo. Fuit, qui pariter in patibuli scalis iam consistens vltimum salutis poculum postularet. Porrectum est. At ille spumam è nobili zytho studiosissimè diffans: Nephritidem, inquit, & calculos hæc generat. Ne igitur ex renibus laborem, caueo. O ridiculos, & ô insanos homunculos, quibus iocari libet in ipso æternitatis puncto istitio! Sed mitto hanc hominum fœcem, de qua in has ipsas notas hinc illinc plurima excerpti. Adeo hæc breuicula, Thomas Morus illustrissimum si-
 dus Angliæ, cum rogaretur in carcere an non sententiã mutasset regijs decretis subscripturus; instare diem supremi fati, proinde aperiret animum, quid iam denique sentiret. Nec verò quidquã regi fore gratius, quàm audire
 sen-

sententiam à Moro mutatam. Imò verò, ait Morus, mutavi. Ad eam vocem subito adstantium ingens fuit gaudium & applausus. At Morus suæ vocis interpret: Mutavi, ait, sententiam. Constitueram enim antea barbam solam, nunc autem re pensiculatiùs examinata, consultissimum iudicavi, barbam simul & comam præbere attondendam; ceruices non subtraham securi. Hæc mea est sententia. Ite, illamq̄, regi renuntiate. Mox ad amicum flentem subridens: Et, quid est, inquit, mortalis vita? Vivendo iam pridem ibam ad moriendum, vel, quod sapientibus visum, in horas singulas moriebar. Ante ipsas mortis fauces tranquillæ conscientiæ licet iocari.

Cosmas Medices iam morti vicinissimus, cum paulò ante obitum à coniuge interrogaretur: Cur, cum vigilaret, oculos clauderet? Cuperem, aiebat, huic rei assue fieri, vt, vbi mors clausura esset oculos, id ego paterer non inuitus. Ita, inquebat conuiua sextus, moribundi sæpè sine metu sunt.

Quemadmodum, inquit septimus, iracundi plerumque sine mente. Ferunt sartorem, quotiescumque in pauperrima mensa, olera minutim confecta apponebantur, ijs pro loco suo signum crucis imprimere consueſse. Hic adeò religiosus opifex inter reliquas operas, alebat famulum, alijs sagaciorẽ,

quem cum ea res animaduertisset quādoque, primum quidem id heri sui religioni tacitè transcripsit: at verò cum id sæpè sæpius iam factitantem obliquè obseruasset, non religionis sed gulæ ergò fieri coniecit, quippe in depressos illos oleris sulcos ex omni ferculo redundans pinguedo colligebatur. Quare idem ille famulus, vt primum solennæ suum tenentem herum obseruauit, extemplò manu inuolans in patinam, sulcos illos pinguiores circumducto cochleari turbauit atque confudit. Herus elusum se conspicatus, & olerè ipso iam multò turbatior, exasperari iracundia, grauiter stomachari, & sublatum ex mensa ferculum per patulas fenestras indignabundus præcipitare in viam: mox famulus conuolutam raptim mappam cum omni instructu pransorio, pari iactu eadem via sequi iussit; & ad herum: Ergo magister, inquit, iucundi hodie infrà comprandebimus (*Magister! wollen wir heut drunden essen?*) dignum profectò Cynica hac cenâ triclinium. Mens iracundis deest: nam Annæo Senecæ Ira, breuis est insania, impotens sui, decoris oblita, necessitudinum immemor, rationi consilijsque præclusa, causis vanis agitata, ruiuis simillima. Arida

a Seneca l. 1. de Irâ, & epist. 18. sine. Sic et Theophrastus, Breuē furorē definit Irâ. Cato Priscus: Iratus ab insano non nisi tempore distat. Philemō poeta Græcus: Insania omnes nos habet, cum irascimur.

Arida & ab igne corripit facilia, scintillam quoque fouent vsque in incendium. Ita grandis iræ exitus, furor est; ideò ira vitanda est, non tantùm moderationis, sed & sanitatis causa. Ab iracundis mens & prudentia longè est.

Sicut, excipit octauus, à tironibus experientia. De Anachoreta vnus dieculæ, nihilne vmquam, ô viri, audistis? Nihil, aiunt, vnâque rogant, vt narret, suam quoque symbolam collaturus in cenam & à dictis & à ferculis tam lautam. Mox igitur octauus: Ferunt, inquit, sub prima initia Societatis IESV miræ simplicitatis tironem fuisse, Iacobus is audiebat, homo cetera bonus, modò non nimium bonus esse voluisset. Primò quidem ad religiosam familiam Parisijs venit, nec inter illos malè se gessit, nisi quòd subitò eremum adspirare cœperit, nec aliud audire voluerit, quàm cultum solitudinis. Ergo missione impetrata Lutetiam abiit, & inibi nescio quam siluulam ingressus, æternum, vt putabat, domicilium sibi fixit. Atque tu mihi iam bone Anachoreta salue. Diem vnum eò loci exegerat inter quercus: atqui hic dies sæculum fuisse putandus est. Nocte intempesta, quæ illi prima fuit in hoc hospitio, agasones, qui Lutetiam in mercatum bant, nemus ingrediuntur, tarda, nec expectato sonitu, quatit vngula campum, accedunt

tintinnabula & nolæ, quæ nocturnam formidinem mirè auxerant. Hic bonus ille eremicola, ferè iam funus, attonari & pænè in laxum obrigescere, nec aliud credere, quam omnem inferorum lemurum plebem in suum caput ire : nec aliud misero subsidium occurrere, quàm vt à sacris vocibus opem posceret, ingenti ergo voce IESVM & IESV Matrem inclamare : subinde & illud ingeminare: Et Verbum caro factum est, &c. Audierat enim & D. Ioannis Euangelium contra stygios alastoras facere. Vix diluculauit, cum ille vasa colligens, amarae solitudini longum vale dixit, & ad Religiosam domum remigravit, vbi ita breui profecit, vt Christo complures reconciliarit, pupillis & orphanis, quos in plateis repererat, stipem corrogarit sæpius, iam bonus adiutor, antea tam malus eremita. Nimirum defuit experientia, & subsidium opportunum.

Hic nonus conuiua: Cum, inquit, subsidij opportunitas deest, quærenda ea est, quæ licet, quod à vafro animali discas. Audio viro primario similiū fuisse, qui, quod domesticus, esset iuxta ac graciosus, per ædes liberè discurrebat. Quadam verò die, dum ante culinam excubar stomacho suo militaturus, concus quidem eas excubias obseruauit, sed dissimulauit obseruasse, nec pro more quidquam dedit in stipendiū. Enim verò vbi miles videt:
se. spe.

se spe sua frustratum, mox in culinam, & simul, abeunte coco, in focū. Accidit autem, ut eo tempore prunis castaneæ torrerētur, quarum odor, qui vix jejunum exploratorem aduertisset, simium acciuit: ascendit ergo focum, vidit arridentes sibi castaneas, sed, quod dolebat, intra ignem parturientes. Maturat ille mox opem, & obstetricante manu partum tollere conatur, sed infelici successu, quippe qui & ipse ardoris impatiens adustos digitos retraxerit. Dum verò consilij anceps hæret, felem conspicit musculis insidiantem, eamque mox inuadit, & quantum quantum renitentem, & sibilanti ori fulminantem ad vicariam operam cogit; producit, inquam, suisque manibus felis pedem apprehendit, & sic eo ministro castaneam vnā post alteram è prunis extrahit. At felis tam barbaræ seruitutis impatiens horrendè in lupum vlu- luit, illisque insolitis lamentis auxiliarem: coci opem sibi accersuit.

Continuò conuiua decimus narrationem de simio excipiens: Opportunè mones, inquit, ut nemo nostrū abeat a symbolus, audite simij infelicem exitum. Habitabant vnā simius & marina testudo amicissimè, mensamque pænè communem habebant. Inuidebatur eis à serpēte hæc mensæ societas, & tantus amor. Nec aliud quærebatur, quam nocendi occasio & amicitia dissolutio, quæ talis

I S fuit.

fuit. Febrile cœpit simius, nec pharmacum morbo sciuit: serpens, vti catus medicus, accedens & visens ad simium: O hominum, inquit, simillime, tuus morbus sanari se patietur, sed non nisi corde testudinis. Et fortassis si roges, ipsa non negabit affectu in re tam prona. Simius valetudinis amans medicum hoc consilium exposuit testudini, quæ, vti cata erat, in hunc sensum respondit: Nos id genus testudines cor nostrum non semper nobiscum gerimus; meum cestè mihi trans mare est: sed hoc agamus, vnà iter faciamus, ego natandi perita tergum sessori tibi præbebo. Ex ordine, & consilio omnia hæc facta. Pontum ergo vnà ingrediuntur, cùmque iam in medio ferè ponti essent, testudo sessori suo se subtraxit & vndis abdidit: miser simius natandi imperitus, qui febrium igni perire horruit, aqua maris perijt. Sed vera turbatae amicitiae, imo coniugij concordissimi disturbati historia hæc est. Immisit dæmon verulam in vxorem optimi mariti; quæ primò, vti consilia sua celarètur, rogauit, habere se quod suaderet & moneret. Iussa dicere: Tuus, inquit, vir, ancillam magis, quàm te amat, nec fidem tibi seruat, hodie empturus est aliquid, non tibi, sed famulae. Eadem anus alio loco & tempore virum etiam aggressa: Tua, inquit, vxor alios præter te habet coniuges, quos amet, & à quibus ametur. Persuasit &

huic

huic mendacium, nam hoc addidit argu-
 menti: Reperies, aiebat, noctu cum nouacula
 lectum petentem, & vitæ tuæ insidias struen-
 tem; credidit miser. Post hæc vetula ad vxo-
 rem redijt, &: Si vis, inquit, huic malo reme-
 dium inuenire, me audi, res factu facillima
 est; vbi te nocte hac cubitum contuleris, no-
 uaculam tecum sumes, nouaculam, aio, non
 aliud instrumenti genus, & iam dormienti
 pauculos pilos è barba præcides, ita illum tibi
 denuò conciliabis, & à turpi amore auer-
 tes; credidit etiam misera, & fecit vti suaferat
 orciniana focaria. Nocte illa maritus se in
 lecto composuit, & somnum, imo & ronchos
 simulauit, tum mulier pilos barbitij præcisu-
 ra nouaculam expedit, cum maritus vigil &
 paratus: Hic ego te, inquit, deprehendo sce-
 lus, tun' vitam mihi eripere? quin ego stylum
 verro, & hac ipsa nouacula animam tibi sta-
 tim extorqueo: sed differo manus violentas,
 &c. tandem certè, etsi serò, fraus impurissimæ
 vetulæ deprehensa, & coniuges in amorem
 reconciliati.

Vide igitur, cui fidas, ait conuiuatarum
 vndecimus. Aliud sæpè lingua promptum,
 aliud ore clausum tenemus: arcana pecto-
 ris deregere rarum, nam quandoque etiam
 noxium est. Atque vt & ego meam dem
 symbolam, gladiatoris illaudabilem astum
 attendite. Lanista fuit, qui nihil ita facie-

bat exactè, quin posset, si vellet, exactiùs; nec discipulis omnia suæ artis mysteria pandebat, quin sibi, quod solus sciret, reseruaret. Habuit hic è tironibus audaciorem aliquem, qui adeò sibi in ea arte profecisse visus est, vt magistrum vel æquaret, vel superaret. Quare experiundæ arti suæ, magistrum prouocat ad duellum, idque de capite. Pacta conuenta erant, licere vti quibuscumque quis posset artis arcanis; progrediuntur. Diu ventilant pro more: tandem & congregiuntur. Iamque magister tyroni imminens: Atqui, ait, non ita conuenit inter nos, vt mihi cum duobus certandum sit. Discipulus malè cautus respicit, ecquis à tergo adiutor sibi adstet. Hic magister occupat, & gladium vi librans in caput, qua potest mole in torquet, sternitque miserum cum hoc dicto: Den Straich hab ich dich nit getehrt. Augustæ Vindelicorū præsigniores duo gladiatores erant, quorum ille Phittyp Kätblin / iste Hans Kührtin audiebat, ille Drufiano gladio (im Rappier) iste machæra (im Schwerdt) pugnabat. Vterque eodem luto sauciatus est non perfunctoriè: cumque è palæstra descendissent, populus ère iocum faciens clamauit: Das Kätblin hat man gestochen/vnnd das Kührtin geschlahen. In alicuiusmodi corium ludere, perfacile.

Quoddecimus conuiuia demum: Semper ego
audi

auditor tantum? inquit. Vt noueritis etiam-
 num mihi constare memoriam. Primus ve-
 strum quandoque vulpi deesse astutiam; Al-
 ter, philosopho scientiam; Tertius, conuiua-
 tori lautitiam; Quartus, chrysopœio aurum;
 Quintus, agrotanti coruo memoriam; Sex-
 tus, patibulandis nonnumquam non defuisse
 latitiam, sed deesse, aiebat Septimus, iracun-
 dis prudentiam; Octauus, Anachoretis tiro-
 nibus experientiam; Nonus, simij vaframen-
 tum; Decimus, simij infortunium; Undeci-
 mus, gladiatoris consilium malignum per-
 censuit; addam ego furis ingenium non sper-
 nendum. Mens omnium nostrum, ni fallor,
 erat, hoc adstruere; cum plurimum ubique
 soleat defieri, huic conuiuio nostro nil deesse
 in mod imperatoris nostri liberalitate nihil
 desiderari posse. Sed ne mea desint symbola,
 de Mercurij alumnulis hæc accipite. Ferunt
 in terra Italia furem fuisse prælustrem, qui
 ipsum suum magistrum, furumque omnium
 antesignanum Mercurium, aut Mercurij fi-
 lium in arte hac vinceret. Eras is probè do-
 ctus occultè tollere, clam surripere, miluiuis
 vnguibus quidquid attrectasset, suum fa-
 cere.

Nec fuit Autolici tam piceata manus a-
 multas ille domos iam expilarat, plures cru-
 menas exenterarat, fortunam denique ubi-
 cumque

I 7

a Martialis l. 8. epigram. 59.

cumque reperiebat, amabat; manus nusquam apud se habebat; dixisses illum apud veteres Ægyptios natum, qui furta omnia licita sibi fecerunt, & impunita; aut etiam apud Lacedæmonios, sobrios illos & acres viros, apud quos ius atque vsum furandi fuisse dicunt; idque à iuventute eorum (Gell. l. ii. cap. 18.) Talis & iste, dignissimus sanè, qui tandè præaltæ crucis candidatus fieret, in sublime tolleretur, & in longissimam litteram extendere-
 tur. Sed vivebant adhuc in homine melioris animi igniculi, & necdum omnes ille monētis conscientia extinxerat: ita homini religio incessit, vt subitò vellet vitam in melius mutare, furatnam desinere, impiarum animū ab omni noxâ seriò emaculare. At multa erant, quæ vltro currentem iam incitarent, iam & reuocarent denuò. Ecquid enim, ait ille secum, hunc ego familiarem carnificem & domesticum tortorem, ecquid hos ego inferos circumfero, stimulantem vsque & vsq; conscientiam? vulturem intra me pascos vnà hunc ego exomologestriugulauero. Sed quid dicent, imò quid dicet venter esurire indoctus? & quid tandem dicent hæ manus non ligonibus insuetæ sed furtis? Ergo æternum sic crucier, & viuus adhuc tartari pœnas tolerem? finiam tandem quotidianam hanc lanienam, & quidquid tot annis noxasum malè contraxi, dieculâ vnâ, imò horulâ

vnâ

vnâ benè diluam; obfirmo animum, & tem-
 plum peto. Bonæ cogitationes istæ, conatus
 fuerunt boni, modò fuissent etiam diuturnis:
 quid enim consceleratum animum iuuat ex-
 piasse, si eadem statim piacula repetas? Tem-
 plum ergo adit quærendo sacerdoti, apud
 quem vitam priorem omnē recenseret, & vnâ
 confessione se eximeret à culpâ omnium sce-
 lerum. Amavit hominem fortuna, quem a-
 liàs semper (viti & fortunam homo) & pri-
 mo ingressu aspectuque sacerdotem offert,
 crederes ad hoc eò iussum ire, nec ab alijs id
 temporis occupatū. Lauernio, prout assueue-
 rat, pensili gradu ad sacrum tribunal perrexit,
 ingeniculat, frontem notat, demum & narra-
 re orditur longos annales, atque à primis re-
 trò annis omnem vitam retexere: sed & ge-
 mitus addere, altius subinde suspirare, pe-
 ctus etiam tundere, omnia demum facere
 pro more seriò resipiscētium. In sesquihoram
 pænè vtriusque disceptatio hæc tenuit. Sacer-
 dos multa monere, terrere, rogare; summum
 tribunal, ima tartara, & vicinium mortis pro-
 ponere; ille ad omnia ingemiscere, emenda-
 tionem promittere, denique omnium scelerū
 veniam accipere: interea dum res longiùs ex-
 trahitur, tabellio in hanc ipsam ædem sacrâ &
 via diuertit, & occasionem nactus tam com-
 modam purgandi animi, hastulam viatoriam
 ad confessorij sedile adclinat, & egressurum

illum

illum præstolatur, securus furti ob tantam
 loci religionem. Manticularius iam sceleris
 omnis purus, post vltima sacerdotis verba læ-
 tus & alacer surgit imperata facturum. At ô
 consuetudo praua, quantum tibi virium est
 in humanos mores! loco ille nõdum abierat,
 cum hastulam videt politam, & affabrè factã,
 mox oculum, dein & manum iniecit, & vbi
 prius omnia celerrimo oculorum rotatu cir-
 cumspexit: Quod Deus fortunet, inquit, sic
 vitam nouam ordior (*à Dio, che mi faccia bene-
 comminciare una vita nuoua*) & cum dicto è
 templo pernuciter ad notas sibi latebras euo-
 lauit. Nimirum hoc est proficere, qui a nea
 fur tantum fuerat, iam & sacrilegus esse di-
 dicit.

Huic subiungo supparem. Fuit non tantum
 viscatae manûs, sed & ingenij fuit festiui. Hic
 in æde amplissima multum circumspiciens,
 aliud non vidit, quàm sui principis, Mercurij
 statuam; quam aggressus: Memini, inquit, me
 etiamnum puerulum in scholis sæpè audire,
 à discipulo quandoque superari magistrum:
 tu mi optime Mercuri, facunde nepos Atlan-
 tis, meus quidem præceptor fuisti, sed da ve-
 niam, & patere, vt præceptorem vincat disci-
 pulus. Dixit, & statuam abripuit. His & istud
 addo. Affirmauit fide dignus hoc sibi factum
 quod narraturus, pro percepto liquere. Au-
 dierat caupo quispiam ex hospite suo: die:
 cra-

craftini, seu extremo noctis, antequam dilu-
 cularer, Coloniam iturum in mercatum: Et
 rectè est, inquit, comes ero. Paciscuntur ergo
 de hora, qua ut expergefiat, impensè rogat
 hospes, aut fur potius. Interea clam vaccam
 subducit, & in via auiā arbori alligat; redijt ad
 cauponam, & manè cum caupone surgit, init-
 que iter. Venitur ad locum vbi furtiua vacca
 latitabat: hinc diuersitoris comes: Quæso te,
 inquit, pedetentim procede, in proximo pa-
 go mihi negotij; quid est cum debitore rusti-
 co. Caupo ergo solus progreditur. Mox asse-
 quitur alter cum vacca; &, me miserum, in-
 quit, pro pecunijs optima fide datis, en vac-
 cam recipio, vix ossibus hærentem. Caupo
 contra bouem dilaudans: Nisi, inquit, ipse
 heri vaccam meam stabulo conclusissem, hæc
 ipsam esse iurarem, adeò ex toto illi similis
 est. Veniunt Coloniam. Furi in foro boario,
 à quo sæpè inemptas pecudes abegerat, con-
 spici tutum non erat; rogat ergo cauponem
 socium, faceret sibi hanc gratiam, atque dum
 ipse maioris momenti negotium curaret,
 vaccam illi venderet. Non recusat alter, ven-
 dit bouem, pretium expectato maius bona fi-
 de refert. Ad quem manticularius: Te homi-
 nem, inquit, fidum & plenum officij: cape tibi
 hanc rei venditæ partem: simul autem pro-
 tulit: & quia (addit) maius quàm vel exigere
 vel sperare pretium poteram, è boue recepi,
 vnâ

vnâ prandeamus: de rationibus tibi nulla cura sit, atq; quò prandium lautius instruamus, duas ego affas gallinas præstinabo è proxima publica coquina, vbi horum opsoniorum & varietas & vilis annona est: huic rei, quæso, tu bona hospita duas mihi stanneas lances præbe, & ne quid gestem pateat, pallium tu tuum mihi iniice. Promptos habet & obsequentes: illa discos, iste mantelum aprat furi, imò donat. Abit fur lætus tam optimis spolijs: intereà cauponis filiola adest præ foribus, parenti nuntiatura, bouem noctu à fure abactum. Ad nuntium caupo exterritus, ait: *Das Schlag der Teuffel zu* / & mox nequissimam vafritiem sui comitis aduertens: Ego ipse, inquit, rem meam vendidi. Intereà gallinæ affantur, sed plumæ illas aliò auexerunt, vnâ cum suo Mercurio. Ita nec pallium, nec gallinæ, nec fur hætenus redierunt.

De Mercurio dixi, num & de Mercatore addam? Cunctis annuentibus: Erat Mercator, inquit, auri, vt fit, quàm templi amantior, resum diues, virtutum egenus. Hunc coniux identidem monere institit: rem diuinam cordi haberet, non forum vsque & vsque & vsque solû forum, sed & templû frequentaret. A Deo & diuinis rerum omnium principium esse capiendum; à cælo potius expectandos esse thesauros, quàm à pelago. Hanc surdo fabulam occentarat sæpius, numquam tamen emea-

emendari potuit contumax consuetudo; nec
 tamen destitit pia mulier domi concionari
 marito, qui nollet conciones audire in tēplo,
 identidem monens infelicissimum futurum,
 si pergeret obstinare Tandem, tandem è fili-
 ce isto pietatis scintilla excussa est, & : Quid,
 inquit, toties molesta es? nō licet abesse foro,
 sine rei nostræ certo dispendio. Sed hoc aga-
 mus, ego forum pro me & pro te, tu templum
 pro te & pro me adito. Sic opere partito rei
 familiari curabimus, diuinam tamen non ne-
 gligemus. Consilium videbatur non adeò im-
 probum. At at vicaria pietate cælum mercari,
 iuxta putes ac sine alis volare. Nocte ergo
 proxima visus est sibi mercator iste ad tribu-
 nal in aëre sitū citari vnā cum cōiuge. Ut pri-
 mū anteludicis conspectum factus est, om-
 nia in iudiciorum formam composita, formi-
 dinem accenderunt. Stetit accusator, & dixit,
 firmarunt testes, sedit Iudex in adulabilis, cō-
 traque improbos immisericors; sententia de-
 mum lata est in diuortium mœstissimū, nam
 vxori cælum, vt quæ illud vnice ambiisset,
 addictum est, tartarum marito. Neq; mora,
 vxor stellato calle ad gemmatum palatium
 tendere, iam & ingredi: hīc miserrimus mari-
 tus ad fores exclusum se miseranter eiulare, &
 postulare admitti; cū palatij illius ianitor:
 Abi, ait, mi homo; vxor tua pro se, & pro te
 huc ingressa est, tu ad inferos pro te, & pro illa
nunc

nunc abi. Redijt miser post seuerum hoc somnium ad se, & ad vitam meliorem.

Sed ego hîc, Faustine, manum de tabula. His talibus, hic quem cernis liber, plenus est. Innumera sunt huius farinae, quæ in sales meos excerpfi. Ista verò in specimen recitavi, in quæ primò incidi. Et ne prolixior narratio foret molesta, conuiuis assignavi has facetias exponendas. Sed numquid & partem Indicis in hos Sales videre cupis? Litteram ex vltimis Alphabeti litteris do istam, hætenus non monstratam.

Via ad inferos qualis:

Vrsina pellis ante captum vrsum vendita.

Vxor mala, malum inemendabile.

Valezudo regi à stulto restituta, principi à simiâ.

Vinum aquis submersum.

Vinum Ioui Seruatori mixtum.

Vini vis admiranda.

Venalis sapientia philosophi.

Varietas placet.

Viuus interrogatus num viueret.

Volantes homines.

Vxores viris imperant.

&c. &c.

Hæc, Faustine, de iocis, salibus, facetijs excerpendis, aut annotandis dixerim. Tu verò probè memineris, me parte hac tertia de singularibus industrijs agere; quas hac forma ad-

adhibere, fortasse non cuius promptum. Muneris istius est, quod ego mihi sumpsi, monstrare omnigenos enotandi modos. Capiat, qui potest, & in rem suam trahat.

C A P V T III.

Tertia singularis industria.

EPITOME in *Cæsarem Baronium*, *T. Liuium*, *Corn. Tacitum*, *Suetonium Tranquillum*, *C. Salustium*, *Q. Curtium*, *Iulium Cæsarem*, *Ann. Senecam*, *utrumque Plinium*, *Iustum Lipsium*, *alios complures.*

EVLOG. Aliam tibi hęc industriam, sed singularem, sed meam monstro. Vis imitari? non veto, imo & iuvo. Eminentissimum scriptorem, *Cæsarem Baronium*, hęc tibi propono, cuius duodecim volumina de *Rebus Ecclesiæ* sedulo lustravi. Lectio prolixa, fateor, nec omnium est. Ideo *Henricus Spondanus* duodena illa *Annalium Ecclesiasticorum* volumina in vnum sed grande cōtraxit. Euolui & in hoc singulari cura atque industria, & inde singulorum annorum epitomen excerpti, quam vno alteroq; die totam facillimè possim relegere, & pleraque memorię mandare. Inde notitia rerum gestarum per duodecim centurias sæculorum. Et eni paradigma annorum aliquot è primis, medijs, vltimis.

IESV Christi annus 1. Augusti Imp. 42.

Circumcisio Christi, Calendæ Ianuariæ expiatæ. Christus sub Quirino descriptus. Magorum aduentus: Quinam ij fuerint, quando fuerint; Fuisse reges. Error de bien- nij morâ refutatus. De Stellâ. Epiphaniæ fe- stus dies. IESVS in templo oblatus. IESVS in Æ- gyptum ductus. Memoria eorum, quæ de IESV in Ægypto. De Infantibus, Herodis iussu iugulatis. Infantes Martyres. De nece Zachariæ.

Christi annus 8. Augusti Imp. 49.

Herodis horrendus morbus & exitus. Ar- chelai regnum. Palæstinæ in Tetrarchias di- visio. IESVS in Palæstinam reducitur.

Christi annus 600. Gregorij M. II. Mauri- ritij Imp. 18.

Romilda Agilulphi Ducis defuncti con- iux, impudicitia ac proditionis suæ dignam accepit mercedem, palo publicè infixâ. Cha- ianus rex Auarum Pannoniam & Thraciam vastans, iamque Constantinopoli imminens, Mauritio Imperatori captiuos nummo vno viritim redimendos offert. Recusat Impera- tor hoc lytrum persolvere. Neglectus im- pius, qui tot insontes vili pecuniâ redimen- dos, passus est perire. Inter legatos regios Phocas centurio paullo liberius Imperatorē allocutus, & ob id à patriciorum vno alapa per-

percussus, occasionem noua molendi arripit. Gregorius Mediolanensi Antistiti regem eligendi dat priuilegium.

Christi annus 602. Gregorij M. 13. Mauritiij 20.

Romanos Deus per Longobardos plectit. Tergestinus Episcopus Schismaticus, ad Ecclesiae concordiam redit. Mauritiuum Imperatorem facti poenitet, quod captiuos non redemerit. Ostenta necis suae accipit. Philippicum sororium in suspicionem trahit, cum praescierit, vt aiunt, ab eo se occidendum, cuius nomen a geminata littera PH. inchoaret. Ergo ad omnes Orientis Patriarchas & religiosos viros epistolas mittit, & ab eis preces exposcit. Phocas ad imperium euehitur, Mauritiuus e fuga reprehensus vna cum quinque filiis capite plectitur, dum illud inter suorum supplicia, ad singulorum necem proclamat: Iustus es Domine, & rectum iudicium tuum. Phocae iam Imperatoris vultus & mores describuntur.

Annus Christi 1196. Caestini III. sextus.

Henrici V. sextus.

Episcopus Bellouacensis ab Anglis militiae capitur. Eius lorica, quod arma sibi non tangenda tractasset, ad Pontificem mittitur cum dicto: Vide an tunica filij tui sit, an non? Ad qua Pontifex: Non meus, nec Ecclesiae, nec Christi, sed Martis est filius.

Annus

*Annus Christi 1197. Celestini III. septimus,
Henrici V. septimus & ultimus.*

Henricus V. ad Alexium Orientis Imperatorem Constantinopolitanum, legationem misit acerbissimam, & ab eo exegit sedecim puri puri auri talenta. Eâ legatione ita cōcussus est Alexius, ut tributi asperam conditionem non rejciendam cēsuerit. Hinc spoliata, tradit Nisetas, templa & cœnobia, suffossa imperatorum sepulchra, ut imperatum aurum posset colligi. Sed illud tam violenter collectum aurum videre non potuit, qui indicandum iussit Henricus Imperator tunc è viuis exemptus. Qui tamen ante mortem ob rapinas ingemiscens, pium testamentum condidit. Fridericus II. Henrici filius pro patre imperat. Moguntinus Episcopus Armeniæ Regem coronat, &c.

Hoc pede progressus à primo. Domini IESV anno ad hos ultimos, & subinde quædam, quæ mihi visa notatu digniora, liberalius excerpti. Nec operæ pœnitet. Nam ista, mihi crede, ingens præbent lumen in omni genere studiorum. Ita Annalium veteris Testamenti sex volumina, quæ Iacobus Salius Societatis IESV Theologus perquam limato sanè iudicio scripsit, in notas meas redegi & excerpti, quæ mihi videbantur fore vsui. Ad- do, ne quid te fugiat: Salius à protoplati ad vsque Christum, non solum sacram omnem hi-

historiã priscæ legis accuratiõne summã persequitur, sed eãdem occasione profanæ historiæ Græcæ, Romanæ, Barbaræ, & alterius cuiuscumque primaria capita, & quidquid demum ab Orbis Originibus ad Christi natalem memoratu aut scriptu dignum est gestum, exactissimè docet; signatis vnà temporibus, quod historicorum plerique neglexere, in rem tantum intenti. Saliani sex libros memoriã utcumq; complecti, est omnẽ veteris historiæ seriem & mysteria callere. Hic vnus ad omnem eruditionis historicæ notitiam sufficeret. Neque huius operæ me piget.

Eodem modo Titum Liuium rei Romanæ facundissimum scriptorem legi, nec omisso verbulo, non re solùm, sed & phrasi ac sententijs enotatis. Ita omnes historiæ Liuianæ libros in meum succum & sanguinem verti, paratus exhibere quavis horã cuiusque libri compendium. A Liuiio decades tres cũ dimidiã, seu libros quadraginta quinque accepi-
mus. Presso pede singulos euolue. Eten quadagesimi quinti strictissimam epitomen.

Elibro 35. Liuij, aut 45. Nam Decas secunda periit.

I. Romæ subitò ingens exorta est lætitia in circo, nullo eius auctore. Tandem Romanus Consul litteras laureatas accipit. Perseum regem à Romanis esse victum.

K

Hic

Hic festiuissimus populi vna spectantis clamor & applausus maximus. Tempora vrbe tota refertissima, dum pro se quisque priuatim Dijs gratias meminisse studet. Deinde supplicationes publicæ quinque dierum ad omnia Deorum puluinaria decretæ; hostijs maioribus litatum.

2. Æmylius Consul visis Persei tabellis, illacrymavit deiecti fato. Quia tamen Perseus se regem in illis appellare non omisit, eorum nihil, quæ peteret, impetrauit. Deinde frustratebras & fugam in templo quæsiit. Romanis demum se dedidit, in castra Romana venit. Oratione Consulis de fortunæ perfidia humaniter, sed lacrymans exceptus est. Hic finis belli per quadriennium cum Perseo gesti.

3. Popilius Romanæ curiæ legatus Antiochum regem virgâ suâ, quam manu gerebat, circumscribit, & iubet prius responsum reddere, quàm circulo excederet.

Masgaba Masanissæ filius miram suo parenti benevolentiam conciliat. Munera ei, omnisque sumptus, quoad in Italia fuit, publicè præbitus. Sacrificatum in foro Romæ quinquaginta capris ad expianda prodigia. Legationes de victoriâ gratulantium auditæ, Rhodiorum reiectâ. Elegans Rhodiorum oratio, vnius aut paucorum crimen, non omnium esse faciendum. Post orationem omnes pro-

procubuerunt, & supplices iactarunt oleas Rhodij nec hostes iudicati, nec socij.

5. Descriptio locorum & urbium quarundam Græciæ. Duobus ob bellum Macedonicum, triumphus est decretus, L. Paulo Æmylio meritissimo negatus. Actum pro illo proluxa & admodum dilerta oratione, denique cicatrices corporis aliaque vulnera pro salute Reipublicæ excepta, sunt ostensa. Tandem & Paulus triumphauit, & Perseum regem cum tribus filijs ante currum duxit, sed triumpho lætitiæ cognata duo funera temerarunt. Duos habuit Æmylius filios; mors vnus, patris triumphum præcessit, alterius secuta est. Ipse pater laudatissima oratione ad populum dixit.

6. Rex Prusias Romam venit, vbi victoriam Macedonicam gratulatus in Capitolio sacrificauit, & Nicomedem filium senatum commendauit. Dicitur & limen curiæ osculatus, senatores autem suos seruatores appellasse. Lustrum à Censoribus conditum, ait Florus in sua epitome. Censa capita ciuium trecenta & duodecim millia, octingenta quinque. Ego in Liuiō de his nihil reperiō.

Hæc ego ante annos pænè quadraginta, meo bono subnotaui; & quod in hoc quadagesimo quinto seu vltimo Liuij libro, id etiam in primo, id in omnibus obseruaui, eò conuictus, vt non rem solùm, & historiam

priscam condiscerem, sed ne phrasim & sententias negligerem, de quo paullo post. Sed hic etiam istud probissimè tene, meliores ac notiores hos auctores non tantum in compendium dicto modo redigendos, sed historias selectiores ex ijs in tua Historica ita excerpendas, vt non ad verbum ea exscribas, sed vt lemmate posito, prout superius dictum, succinctè rem enotes, addito auctore, libro, capite, pagina.

Quod autem in Liuiio, hoc in Seneca, Tacito, Suetonio, Salustio, Curtio, Cæsare, vtroque Plinio, scriptoribus Augustæis, Ælio Spartiano, Iulio Capitolino, Ælio Lampridio, Vulcatio Gallicano, Trebellio Pollione, Flauio Vopisco, & quibusdam recentioribus sacris & profanis legendis feci. Et en Notas Liuianis simillimas. Ideò ne frustra hic moremur, ad Iustum imus.

Iustus Lipsius eximij vir iudicij, eruditionis summæ, & rex in mansuetiori maximè Musarum regno, vt supra demonstratum est, libros scripsit plurimos, quos ordine recitavi. Horreat lecturus Lipsium, tam copiosæ descriptionis molem. Ego etiamnum iuuenis, tibi vni Faustine hoc dixerim, quem nil cedere possum, omnes Lipsij libellos & libros perlegi ad verbum, nec syllaba dimissa, idque singulari studio & cura. Nulla scriptionum ha-

harum me præterijt, quin eam redigerem in
meam epitomen. Hinc natus mihi liber mea
manuscriptus, seu, idiographus, nec gracilis,
& in eum simul liberalis index. Nec impensa
me laboris vñquam pœnituit. Hinc mihi
(præfiscini & venia tua dixerim) antiquitatis
eruditæ multa notitia. Hinc ego plurimum
sæpiissimè adiutus sum, & etiamnum crebrius
in hac Lipsiana domo diuersor, non styli,
(quem nemo imitari poterit, aut volet, nisi
affectatio imprudens) sed eruditionis causa,
quàm copiosè suggerit. Atque hæc etiam vna
è meis olim industrijs fuit. Affirmo sanctissi-
mè: Vsum fructum ex ijs omnibus tuli vberri-
mum. Hæc Faustine, non sunt, vt equi ad
præsepe, qui quò numerosiores, hoc plures
& ampliores aeuæ agros demetunt. Hæc ta-
lia scripta sine impendijs vllis hospitantur:
nec ædium laxitatem quærunt; exiguis foru-
lis tutò latitant. Sed esto industriarum talium
mihi hæctenus vix vllus fuerit vsus, id tamen
inter maxima emolumenta numero, Tem-
pus non perdidisse.

CAPVT IV.

*Quarta singularis industria:**Duplici ordinis, profani & sacris**Excerpta.*

Iam suprà parte secunda, capite tertio, vni-
uersè tres statuimus classes, in quas om-
nia, quæ sedulo lectori veniunt enotanda,

referri possunt. In tres istas classes, tam sacra, quàm prophana diximus conijcienda, neque reuocabimus dicta, sed singularem hîc industriam monstrabimus. Imitetur, qui volet, nihil hîc suademus; imò potius dissuademus, præcipuè iuueni laboris impatienti.

Ergo *Lemmata, Aduersaria, Historica*, omnem Excerptorum materiem recipiunt; sacra, profanam. Ego tamen tres classes illas in Notis meis geminaui, statuique *Lemmata sacra, & Lemmata profana; Aduersaria sacra, & Aduersaria profana; Historica sacra, & Historica profana*: ita his sextuplices quoque indices adiunxi. Discrimen & quidem maximum inter profana & sacra, inter politica & spiritualia, vel heri natus infans norit. Verbi gratia: Alterius certè generis est, quod Tacitus de Nerone, & quod Lipomanus aut Surius de Hilarione memorât, profanum illud, hoc sacrum est. Idem de innumeris alijs sentiendum. Nec magni laboris est, quid sacrum, quid profanum sit, discernere, sed laboris non parui est, vtrumq; in diuersas classes excerpere. Nam si *Historica* non geminatam, sed vnâ tantum classem constituent, tunc quidquid historiæ de Nerone, Hilarione, ac ipso Christo, &c. enotare lubeat, ad *Historica*, vnicam classem illam reduces. Idem de *Lemmatibus & Aduersarijs* iudicandum. Trigeminam ergo hanc classem meo consilio nō multiplicabit, qui

qui se labori imparem iudicauerit. Præstat curare vnum rectè, quàm duo malè. Hâc autem industriam, mi Faustine, censui aperendam, ne tibi, quem vt alterũ me complector, quidquam in his mysterijs tegerem. FAUST. Hunc tuum in me affectum exosculor, Eulogi, sed ne quid amittamus diei, tu, quantis potes, passibus perge. Omnes ego loquendi vices in mensam differo. Hodie nec mutum me habebis, nec abstemium conuiuam.

CAPVT V.

*Quinta singularis industria:**Loci communes soluta ac ligata orationis.*

TRES ordines Excerptorum tribus libellis Lipsius, vt supra demonstratum, comprehendendi voluit: Primus ei, *Formula*; alter, *Ornamenta*, tertius, *Diſtio*. Ego pro his tribus libellis, *Locos communes* substitui, sed duplicatos. Primum ordinem orationi pedestri, equestri alterum assignaui. Orationem profanam omnem his titulis complexus sum.

1. Virtutes.
2. Vitia.
3. Musæ, doctrina, literæ, eruditio.
4. Diuitiæ, paupertas, seruitus.
5. Honor, ambitus, tituli, dignitates, genus, profapia.
6. Corporis bona malaque deformitas,

- vires, imbecillitas, iuuenilis, senilis,
&c. ætas.
7. Labores, pericula, forum, iudicia, causæ, lites, leges, Iura.
 8. Vestes viles, pretiosæ, & quæ ad has.
 9. Contemptus, cauilli, calumniæ, dedecus, infamiæ.
 10. Doli, fraudes, vafamenta, simulatio, dissimulatio, audacia.
 11. Artes variæ, Musica, Geometria, Pictura, &c. etiam sordidæ, ac mechanicæ; item exercitationes, venatio, piscatus, aucupium.
 12. Amor, odium, amicitia, inimicitia.
 13. Loca amœna, siluæ, fontes, viridaria, horti, diætæ, porticus, ædificia.
 14. Cibus, potus, disci, pocula, mensæ.
 15. Montes, flumina, maria, pagi, oppida, vrbes, prouinciæ, regiones, regna, terræ.
 16. Luxus, conuiuia, acroamata, balnea, recreationes, lusus, voluptates.
 17. Mors, morbi, funera, luctus, dolor, sepulchra, epitaphia.
 18. Dij, genij, sacrificia, ceremoniæ, iuramenta, cultus diuinus.
 19. Theatrum, scenæ, gladiatores, spectacula, pugnæ, militia, bellum.
 20. Tormenta, quæstiones, cruciatus, poenæ, supplicium.

21. Cæ

21. Cælum, inferi, elementa, partes, anni, sidera.
22. Tempus, numeri,
23. Fortuna, secunda, aduersa, nuptiæ, triumphum, pompæ.
24. Statuæ, colossi, arcus, trophæa.
25. Populorum variij ritus.
26. Formulæ loquendi, laus, commendatio, vituperatio, execratio, gratiarum actio, &c.
27. Miscella.

Miscella eo fine adiunxi, vt si quid forsan occurrat, quod in nullam priorum classium videatur commode referri posse, ad hanc ultimam, *Miscella*, duceretur, ne quid vspiciam notatu dignum hoipitio excludatur. Hos ipsos communes locos, quos orationi solutæ, eisdem etiam ligatæ attribui. Vis huius industriæ paradigma? E viginti septem locis communibus, vnicum nec totum exhibebo, sed qui ad æui nostri mores sit. Ingens hac tempestate titulorum insolentia est, & confusio. Incrementis illi mirandis augent. Iam etiam imi subsellij viros, & strenuos, & nobiles, ac prænobiles, illustres, perillustres, gratiosos compellamus. Quò demum altitudinis pertingent? Bernardi æuo licebat dicere: *Domine Papa*. Tu iam de ceteris coniecta. Sed ad lineam. E locis communibus en tibi quintum.

K. 5.

5. Honor.

21. Cæ

5.

Honor, Ambitus, Tituli, &c.

Honorum insignia. Dona ampla data, quæ ferrent regi; vasa aurea, argenteaque; toga purpurea, & palmata tunica cum eburneo scipione, & toga prætexta cum curuli sella, &c. Liuius l. 31.

Honorum gradus. Iam minora sperni, nec per honorum gradus documentum sui dantes nobiles homines tendere ad consulatum, sed transcendendo media, summa imis continuare. Liuius lib. 32.

Honoris auidi. Probentur nunc cuiuslibet gloriæ cupidi, qui ex desertis montibus, myoparonumque piraticis rostris *a*, laudis inopes, laureæ ramulos, festinabunda manu decerpserunt *b*. Valer. Max. l. 2. c. 8. med.

Honoris fuga. Adrianus Cæsar, cum triumphum ei senatus, qui Traiano debitus erat, detulisset, recusauit ipse, atque imaginem Traiani curru triumphali vexit, vt optimus Imperator ne post mortem quidem triumphum amitteret dignitatem. Patris patriæ nomen sibi delatum, statim, & iterum postea, distulit: quod hoc nomen Augustus serò meruisset. Idem, titulos in operibus non amauit, & cum opera vbique infinita fecisset, numquam ipse, nisi in Traiani patris templo, nomen suum

a Lambis. b Lauroram in mustaceo quarere.

suum scripsit. Ælius Spartianus in Adriano, mihi pag. 5. & seqq.

Saturninus declinando imperio: Nescitis amici, ait, quod mali sit, imperare. Gladij & tela nostris ceruicibus impendent; imminent hastæ vndique, vndique spicula, ipsi custodes timentur, ipsi comites formidantur: non ci- bus pro voluptate, non iter pro auctoritate, non bella pro iudicio, non arma pro studio. Adde, quòd omnis ætas in imperio reprehenditur. Senex est quispiam? Inhabilis videtur; si minus, inest furor. Nam, quòd imperato- rem me cupitis, in necessitatem mortis me trahitis. Sed habeo solatium mortis: solus pe- rire non potero. Flavius Vopiscus, mihi pag. 362.

Maximus honor, manibus portari. Alexan- der Seuerus Imperat. post Artaxerxem Per- sicum regem deuictum, iam palatium Romæ conscensurus, leuabatur manibus omnium, vixque illi per horas quatuor ambulare per- missum est, vndique omnibus clamantibus: Salua Roma, quia saluus est Alexander. Ælius Lampridius, mihi pag. 201. Vbi plures eius- modi honorificentissimas acclamations vide.

Tituli negati. Darius Persarum rex ad Ale- xandrum litteras dedit, quibus vt superbe scriptis vehementer offensus est Alexander. Præcipue cum mouit, quòd Darius sibi regis

titulum, nec eundem Alexandri nomini ad-
scripserat. Contrà Alexander in hunc maxi-
mè modum rescripsit: Et vincere & consule-
re victis scio. De cetero, cum mihi scribes,
memento non solùm regi te, sed etiam tuo
scribere. Curtius lib. 4. c. 1. mihi pag. 65.

*Tituli vanissimi, Regis Bisnagensis: Sponsus
bonæ sortis, magnarum prouinciarum Deus,
regum potentissimorum Rex, omnium equi-
tatum Dominus, Magister & Doctor loqui
nescientium, trium Imperatorum Imperator,
omnium, quæ videt, Conquisitor, conquisi-
torum Conseruator; quem octo mundi par-
tes metuunt & formidant; exercituum Ma-
humaticorum. Destructor, omnium prouin-
ciarum, quas subegit, Dominus, Eques, cui
nemo par, & fortissimorum quorumque De-
bellator, &c. &c.* Face opus ad hunc titulum,
adeò longum. Plura subnectit Petrus Iar-
ricus, tom. 1. de rebus Indicis, lib. 2. c. 20. mihi
pag. 653. Ita Sapor Persarum rex ad Con-
stantinum Imp. epistolam dedit, quam sic ex-
orsus est: Rex regum Sapor, particeps Side-
rum, frater Solis & Lunæ, Constantino fratri
meo salutem plurimam dico. In obiurganda
titulorum vanitate hunc facilè diem possim
sepelire, si solas modò has notas meas con-
salam.

Sed satis est paradigmatis; nil addo. Innu-
mera talia in hósce, quos dixi, communes
locos.

locos digessi. Tu iam & meam methodum, & puto illius vsum cernis; vt sequaris, nec impero, nec vero. Ingenia meliora, ideòque superbiora, da veniam verbo, ductrices manus facilè aspernantur. Natate volunt, sed suo cortice. Nihil hoc contra me. Ego nihilominus sine meo potior, dum ingenuè ostendo, vnde me putem aliquid in litteris promouisse. Sed addo hic breuissimum orationis etiam ligatæ paradigmation. Sumamus geminum priori.

5.

Honor, Ambitus, Tituli, &c.

Honor, occasio ruinæ.

*Quid Crassos, quid Pompeios euertit? & illum
Ad sua qui domitos deduxit a flagra Quirites?
Summus nempe locus nullâ non arte petitus,
Magnâq; numinibus vota, exaudita malignis b
Gloriæ miserabilis cupiditas.*

*Bellorum exuuia, truncis affixa tropæis
Lorica, & fractâ de casside buccula pendens,
Et curtum temone iugum, victa q; triremis
Aplustre, & summo tristis captiuus in arcu c
Humanis maiora bonis creduntur: ad hoc se.
Romanus Graiûsq; ac Barbarus induperator
Erexit: causas discriminis atque laboris
Inde habuit: Tantò maior fama suis est, quàm*

K 7

Virtus

a Iulius Cæsar, qui omnes ad suum finxit imperium. b Iuuen. sat. 10. v. 108.

c Hæc omnia erant signa victoriæ.

*Virtutis. Quis enim virtutem amplectitur ipsam
Præmia si tollas? patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum, & laudis tituliq; cupido
Hæfuri saxis cinerum custodibus a*

————— *Deus immortalis haberi
Dum cupit Empedocles, ardentem frigidus Æt-
nam.*

Insiluit b

Honorum sterilis vanitas.

*Expende Hannibalem, quot libras in duce summo
Inuenies? hic est quem non capit Africa Mauro
Percussa Oceano, Nilòque admota repenti.
Exitus ergo quis est? ô gloria! vincitur idem
Nempe, & in exilium præceps fugit, atque ibi
magnus*

*Mirandú que cliens sedet ad prætoria regis,
Donec Bithyno libeat vigilare tyranno.*

*Finem anima, que res humanas miscuit olim,
Non gladij, non saxa dabunt, nec tela, sed ille
Cannarium vindex c, & tanti sanguinis ultor
Annulus d. I demens, & sevas curro per Alpes,
Ut pueris plateas, & declamatio fias e.*

*Hos ego locos communes, tam augendæ
rerum*

a Iuuen. sat. 10. v. 133.

b Horat. de Arte poët. fine.

*c Q. Flaminius. d Hannibal imminente sibi
reicio hausit venenum, quod sub annuli gemmâ in
hunc usum assiduè secum ferebat.*

*e Gac eleganter ac fuse prosequitur Iuuenalis,
sat. 10. à versu 148, vsque ad versum 188.*

rerum supellectili, quàm ornãdo stylo hæc-
 nus adhibendos censui. FAVST. Liceat hîc in-
 terfari. Quæso te, Eulogi, quomodo tã multa,
 tam varia legendo potuisti tua facere? nam
 præter triplicem illam, imò tibi septuplicem
 classem Lemmatum, Aduersariorum, Histo-
 ricorum, tot insuper Industrias, tot Cõmunes
 locos addidisti; tot arculas, tot cistulas Ex-
 cerptis impleuisti. Infiniti res laboris est. EV-
 LOG. Addidisses: Et quem plerique omnes
 fugimus. Vide, mi iuuenis, annus trecentos
 sexaginta quinque dies, horarum octo millia,
 septingentas, sexaginta complectitur: qui esse
 vult frugi, & temporis parcus, plurimam le-
 get, multũ excerpit, vel anno vnico, qui pænè
 nouem millia horarum subministrat. Quòd si
 cœptus labor constanter annis decem, aut vi-
 ginti, aut etiam triginta perpetuetur, ineredi-
 bile dictu est, quantũ litterariæ huiuscemodi
 supellectilis cõgeratur. Tu hoc age, nullã diẽ,
 imò horã nullam sine lineã trãsmitte, & breuĩ
 tuas ipse diuitias miraberis. Lentissimè gradi-
 tur testudo, sed si gradiatur assiduè, itinera et-
 iam bene longa conficit. Assiduitas operis, in-
 gens lucrũ temporis. FAVST. Sed hætenus à te
 dicta, Eulogi, pleraq; omnia Rem excerpẽ-
 dam spectant. Quid de Verbis ac Sententijs
 agendum censet? Expecto auidè doceri. EV-
 LOG. Hoc paucissimis expediam: ne multas
 hîc præceptiones somnia. Vnicam dabo.

CAPVT VI.

*Sexta singularis industria:**Verborum & sententiarum excerpta.*

EVLOG. Non ita pridem apud amicorum aliquem vidi, nec sine risu, grandes tomos verbis & phrasibus excerpendis destinatos. Plus ij habebant chartæ quàm scripturæ. Ad instruendam dictionem, verba meliorum auctorum neutiquam negligenda; enotandæ sedulò phrasæ, sententiæ, loquendi modi, & quidquid ad ornatum dictionis pertinet. Neque hîc quidquam spernendum: opus tamen vt in alijs, iudicio. Ego hac in re ita censeo. Verba rariora, imò & vetustiora, lectiores sententiæ, venustiores loquendi modi, & quidquid ornandæ dictioni facit, gnauiter est enotandum hoc modo, vt vnius auctoris verba & phrasæ in eadem charta excerpantur; simul sint, quæ ab vno sunt auctore. Neque hîc ordinis ratio haberi potest: quæ lectori prius occurrunt, prius in notas veniant. His indicem adiungere nimis quam operosum; imò pænè negem fieri posse. Vicem Indicis erit, suis temporibus sic notata relegere acuendo stylo. Hæc eadem ferè tradens Lipsius: Phrasæ, inquit, enotari velim, quæcumque insigniores aut nitidiores occurrent. Verba quæcumque rara, noua, aut

ELOG

novo sensu, siue flexu vsurpata. In phrasibus dispositionem non video; nisi quod seorsim eas poni velim, pro discrimine scriptorum: Tullij solas, Plauti & Terentij solas, historicorum solas: quod quisque pro iudicio suo aut industriâ facito. Rem oculis subijcio. Fortè aliquem legis è Liuij libris? Hunc ergo titulum præfige chartæ.

E Liuij lib. 6.

Tot, super alia altis bellis.

Fortuna in præcipitem locum fauore tollit, deinde in ipso discrimine periculi destituit.

Saginat suos ut iugulentur.

Fortuna loci delegauerunt spes suas.

Postquam utriusque apparuit, nihil per alteros stare.

Forem virgâ perouteret:

Quæ societas, aut quænam consortio

Ecce. Ecce.

E Liuij lib. 7.

Celestis ira placamina.

Impromptus linguâ.

Annuite nutum, numenque vestrum inuisum

Campanis.

Vbi sententiam meam vobis peregero.

Circa collem castellatim dispositos.

Ecce. Ecce.

E Liuij lib. 8.

a. Lipsius in Institut. epist. c. 12.

Ecce.

Firmissimum longe imperium est, quo obediētes gaudent.

Consulere in victos crudeliter.

Ut fermè fugiendo in media fata ruitur.

Nihil ultra, quàm ut pœniteret frustra, restabat.

Aduersus qua singula

Pollutâ semel militari disciplinâ non miles Centurionis, non Centurio tribuni, non tribunus legati, non legatus Consulis, non magister equitum dictatoris pareat imperio, nemo hominum, nemo Deorum habeat verecundiam; vagi milites in pacato, in hostico errent, immemores sacramenti.

Tribuni quoque inclinatum rem in preces subsequi orare dictatorem insistunt.

Incuriosè factum.

Dictatoris edictum pro numine semper obseruatum.

Manliana imperia. &c. &c.

E Liuij lib. 35.

Clypea inaurata

Equi, hominèsq̄ paululi & graciles.

Ne cunctando senescant consilia.

} Hæc rariora.

Initium semper per ius iniustum imperandi fieri.

Tabernacula statuere in aspretis & inaquabili solo, difficile.

Ex eodem riuo hostes utrimque aquati sunt.

Id

Id primum pro amicis eos facturos, hoc est, ut
amicos.

E Liuij lib. 36.

Ager paluster omnis.

Corpora ex somno molliantur.

Auersantibus asper: ita, si cederes, idem placibilis.

Deprecator.

Non infabre suo more factis.

Etc. Etc.

E Liuij lib. 37.

In conuiuio rex erat, & in multum vini processerat.

Neminem fidelius dare posse consilium dixit, quam eum, qui id alteri suaderet, quod ipse, si in eodem loco esset, factururus fuerit.

Eodem armatu.

Veluti ceci super alios alij ruebant. Ita alibi, alia super alia facinora eduntur: aliarum super alias aceruatarum legum cumulus a. Ita castellatim, pagatim, regionatim, manipulatim.

Execrabilis desertio juris humani, ad marginandas glareas vias.

Extraordinarium, Germanicas, Inenarrabiliter.

Seruisudinis inconsciis. Audacia experta viri.

Ne litterae palam facerent conata. Ita.

Vt Persei conatu obuiam iret.

Iam

a. Ain Gebott vber das ander.

o obediētes

a, restabat.

miles Cen-

on tribunus

gister equi-

hominum,

vagi mili-

emores sa-

ces subse-

r observa-

rariora.

di fieri.
naquabili

unt.

Id

Iam ante praemeditatis, hoc est, cogitatis.

Cum undique conserenasset.

Etc. Etc.

Hæc Liuiana, imò & Tulliana, hæc Latina sunt, quæ imperitior aliquis damnet, vt barbara. Atque has tales voces ideò censeam enotandas, non vt eas in dictionem nostram importunè intrudamus, sed vt ab alijs vsurpata non temerè carpamus, alioquin pueri (quod Apelles Alexandro dixit *α*) qui colores terunt, nos ridebunt. Mi iuuenis, non facile quidquam, vt barbarum damna, nisi exploratè nôris id minùs esse Latinum.

Quapropter verba seu rariora & obsoletiora, seu selectiora, sententiæ, loquendi modi vnius auctoris, in vnum locum congerendi, vt subinde possint relegi. Loco indicis sit relegendi solertia. Nonnumquam tamen sententiæ (quod etiam obserues) vel ad Lemmata, aut Aduersaria, aut etiam Historica sunt reuocanda, ad sibi similem materiam. Verbi gratiâ: Rotundior sententia contra gulam ac voracitatem ad *Historica*, De Fagiolano edone insignissimo spectat. Ita & de alijs loquendum. **FAVST.** Ergo verba, phrases, nobiliora dicta vnius auctoris in vnum velut cumulum conijciam? **EVLOG.** Sic aio. Nisi, quod iam monui, opportunum videatur. in vnâ è tribus illis classi-

2 Plin. 35. Nat. Hist. c. 10.

classibus illustre dictum sententiámve reducere. **FAVST.** Capió hæc. Sed cum Terentio fateri liceat: Vnus scrupulus etiam restat, qui me malè habet. In rebus ipsis adhuc hæreo. Quid si valdè dubitem, aut planè nesciam, in quam classem aliquid referendum sit? **EVLOG.** Hic, obsecro, non fastidiosi lectores sumus. Hac in re turpissima est laboris parsimonia. Si valdè, vt ais, dubitas, quò quid referas, idem bis terte locis diuersis enota. Et reuera non ad eò infrequens est, vt eadè historia ad Iustitiã, & ad Temperantiam, aut etiam ad Religionè dicatur pertinere. Tu nisi piger es, bis terte idem excerpe diuersis titulis, eò minùs excidet memoriã. Hoc ego me sæpius factitare meminì, præsertim si quid magis placuit, visumque dignius notari. Quid obest eadem, verbi gratia, patientis Christi effigiem diuerso domùs conclauì, aut domibus etiam diuersis reponere? Quid vitij est vna fidelia duos tresve parietes dealbare? Ita prorsus quid dispendij est vnam aliquam lectiorem sententiam, aut rariorem historiam diuersis forulis mandare? nec pennæ, nec chartæ, nec laboranti dextræ hîc parcendum. **FAVST.** Quid si penitus ignorem, quò lectum aliquid referendum sit, quid agam? **EVLOG.** Hîs singularem docendus es industriam.

*Septima singularis industria:**Miscella eruditionis excerpta.*

GELLIVS, seu mauius, Agellius, quem supra ad dicendum testimonium citauimus, variam ab aliquibus, & miscellam, & quasi confusaneam doctrinam asserit conquistam *a*. Huius conquirendæ industriam te iam docebo. Si ergo, quod ais, legendo vel audiendo tale quid discas, quod videatur in aliquam classem certam referri non posse, hoc age, & præter tres illas, *Lemmata, Aduersaria, Historica*, classem constitue quartam, eique præfige titulum *Miscella*. Huc refer, quidquid alibi nil habere loci videtur. Atque vt oculis tuis fidem faciam, quod & in ceteris factum, in librum meâ manu scriptum, qui solam hanc confusaneam doctrinam continet; libro nomen dixi, *Olla pauperum* *b*. Nam vti opimiores culinæ offam, carnes, olera, pulces in ollam conijciunt, pauperum ad fores expectantium solatio, ita miscellam eruditionem, in hunc, quem cernis librum, congesi labore non difficili, vtilitate maxima. Hoc cerce penarium in plurimos mihi vsus seruijt. Hic reperies comœdiarum, orationum, elegiarum, problematum, scriptio-
num aliarum ingen-

*a Gell. l. 20. Noct. Attic. c. 11. vit.**b Urmbaf.*

ingenti numero themata, hinc Artis & Naturæ
 miracula, omnigenæ formæ ac materiæ po-
 cula, diuersissimi generis parua quæq; ac mi-
 nuta, singularia quædam ab aliquibus num-
 quam facta. Sunt, qui numquam mentiti, alij
 qui numquam irati; qui numquam iurârunt
 aliqui; non desunt, qui numquam riserint,
 qui numquam fleuerint, qui nunquam si-
 tiuerint, qui numquam sat cibi aut somni ad-
 miserint, nil cocti ederint, è mensâ numquam
 saturi abierint, numquam litigauerint, num-
 quam lauerint, nullas vmquam carnes gusta-
 uerint, nil vmquam vini biberint, dormientes
 numquam iacuerint. Ita beata Euphrosyna
 numquam sedere visa, Isidorus nil vmquam
 vestis lineæ gestauit, Or Abbatem nullius
 vmquam sermonis pœnituit, Macarius ex
 quo salutis fonte tinctus est, numquam hu-
 mi expuit, Theonas annis triginta numquam
 locutus est, Ioannes Abbas annis quadragin-
 ta numquam mulierem, numquam pecuniam
 vidit, nec ipse vmquam comedens, aut bi-
 bens visus est: Posidonius numquam ad di-
 midium diem iniuriæ recordatus. Paphnu-
 tius annis octoginta numquam duabus tui-
 cis vsus, Gaddana toto vitæ tempore num-
 quam sub tecto fuit, Abban numquam cuba-
 re, sed vel stare, vel genua flectere consue-
 uit, Acepsum annis sexaginta neminem vm-
 quam vidit, cum nemine sermonem miscuit.

Chry-

quem supra
 citauimus,
 m, & quasi
 onquistam
 te iam do-
 vel audien-
 in aliquam
 oc age, &
 saria, Histo-
 que præfi-
 quid alibi
 oculis tuis
 ctum, en
 olam hanc
 libro no-
 vti opimi-
 altes in ol-
 expectan-
 ionem, in
 essi labo-
 Hoc cer-
 us seruijt.
 um, ele-
 m aliarum
 ingen-

Chrysoſtomus numquam vlli maledixit, &c. Paucos nominavi ex eorum numero, quos hoc nomine in hæc Miscellanea retuli: neque verò auctores tantum pro ſingulis testi- nijs, ſed & librum, caput, paginam ad- ſcripſi (tu tuis hoc oculis cerne) vt quoduis, cum opus, repertu eſſet promptiſſimum. Et quaſo te, vel hinc diſce, quanti & vsûs & fru- ctûs ſit excerpere. Ex his vnis tantummodò Noris, in hanc vnam vocem, NVNQVAM, ve- lut neglectim collectis, poſſim reuera librum conſcribere ſingularem. Tanti nihil eſt negli- gere, & vel obiter, modò conſtañter excerpe- re. Quamuis omnia iſta, fateor, quæ in ollam pauperum, ſeu miſcellam eruditionem conie- ci, commodè in Aduerſaria vel Historica re- ferri potuiſſent. Sed ego, quod ſcias, hæc Ex- cerptorum compendia principio mei conatûs non ſciueram. Eam ob cauſam forulos & lo- culamenta multiplicavi. Vt vt ſit, præſtat ex- cerpere, quàm omnino negligere, in quam- cumque demum excerpas claſſem. Modò bonem habeas etſi ſtabulum boui tam aptum non habeas. Verùm, vt aliquid etiam para- digmatis ſit, ad noſcenda rectius Miscellanea, ſub aſpectum dabo pocula. De poculis, quod præfabar, vti etiam de rebus minutis, de hac voce, *Vnum*, innumera excerpſi. In guſtulum ſunt hæc obuia, eaque perpauca.

Pocula. Equulus argenteus inauratus, cu- ius

ius mentionem facit Cicero oratione Verri-
na 6. Poculum Semiramidis admirandum,
cuius pondus quindecim talenta auri colli-
gebat, de quo Plin. lib. 33. Nat. Hist. c. 3. mihi
pag. 697. In Mineræ templo Helena sacra-
vit calicem ex electro mammæ suæ mensurâ.
Plin. l. 33. Nat. Hist. c. 4. mihi pag. 700. Pro-
dunt electri variantia pocula virus. Serenus.
Phialæ binæ lacte refertæ, quas Angelus
Martyribus propinauit. Cæsar Baron. tom. 2.
Annal. an. 262. n. 10. Posthumius Consul Ro-
manus, ubi viginti millia suorum amisit, in
silva ob incisas Gallorum stratagemate arbo-
res, & ipse occubuit, mortuo præcisum ca-
put; calua auro cælata in poculum, quo solen-
nibus litabatur. Liuius, Decade 3. l. 3. seu l.
23. mihi pag 133. Hoc tamen in nullo indice
Liuiano reperies: & tu nihilominus fidas in-
dicibus? C Marius post Iugurthinum, Cim-
bricum, Teutonicum bellum, cantharo sem-
per potauit, quod Liber pater post victoriam
in Asia partam hoc vsus poculi genere fere-
batur. Valer. Max. l. 3. c. 6. n. 6. Mazagarum re-
gina Cleophes cum magno nobilium femi-
narum grege, aureis pateris vinalibantiū, pro-
cessit obviam Alexandro regi, nec veniam
modò, sed & pristinae fortunæ decus impetra-
uit. Curtius, lib. 8. hist. cap. 20. De capaci triū
circulorum poculo vitreo vide Tischreden D.
Martini Lutheri Francofurti ad Mœnum
L anno

anno 1576. cap. 80. & ultimo, vom Hofleben/mihi pag. 446. Sed erravit typographus, nam esse deberet pagina 445. ordine. Etiam Germanicos, ut vides, à capite ad calcem euoluo, & more meo ex ijs excerpo. Aiunt potum ex vrsiuo cerebro confectum, & ex eiusdem cranio propinatum, vrsinam rabiem inducere, ita ut is, qui bibit, in vrsum se mutatum putet, quidquid cernit, speciem vrsorum iudicet, in eâ verò rabie perseueret, dum poculi vis fuerit resoluta. Apud Indos ex asini siluestris cornu fit poculum, è quo si quis bibat, eo die à morbo eximius est. Philostratus in Apollonio Thyanaeo lib. 3. cap. 1. & 10. Poculum ex hederâ, quod Cissymbium vocant, conuiujs dupliciter aptum; primò, quòd temulentiam arceat; deinde, quòd cauponum fraudes, qui vinum aquâ maritant, deprehendat: tanta est enim aquæ, & hederæ sympathia & amicitia, ut si vasculum potorium è ligno hederaceo fiat, eiq; vinum aquâ dilutum infundatur, vinum paullatim transfluat, aquâ, quæ fuerat mista, remanente. Plin. l. 16. Hist. Nat. c. 35. mihi pag. 358. De B. Lupi Senonensis Episcopi calice, in quem, dum res diuina fieret, cælo delapsam ferunt gemmam, Cæsar Baronius in suo Martyrologio die 1. Septemb. De vitro D. Benedicti ad crucis signû crepâte, Franciscus Haræus die 21. Martij, mihi p. 180. D. Radbodus Ultraiectensis Episcopus, ieiunijs

iunijs ita exhaustus erat, ut vix ossibus hæret. Hic carnum & vini semper abstinens, regendæ sanctitati aquam onyche & auro bibit. Zacharias Lippeloo, tomo 4 die 29. Nouëbris mihi pag. 620. In sacris calicibus olim imago erat Christi formâ pastoris ouem errantem humeris reportantis. Tertullianus l. de Pudicitia, c. 10. mihi pag. 1202. Fortè, inquit, patrociniabitur pastor, quem in calice depingis, de quo nihil libentius bibas, quàm ouem pœnitentiæ secundæ. De eodem, c. 7. hoc ipso libro, mihi pag. 1199.

Rex Merciorum Withlafius scyphum suum inauratum, quem crucibolum nominare consueverat, cœnobio Croytlandiæ in monumentum donauit. Iacobus Gretserus in Horto S. Crucis, parte 5. c. 7. mihi p. 241.

De S. Donati Præsulis Aretini vitreo calice fracto & prodigiosè refeito, Simon Maiolus, tom. 1. Dierum Canicularium, Colloquio 20. mihi pag. 699. Ad crateres Siculos periuria olim explorata. Simon Maiolus, tom. 2. Dierum Canicul. Colloquio 2. mihi pag. 138.

Thomas Morus Angliæ Cancellarius munerum suspectorum osor, poculum aureum sibi à viduâ oblatum, humanissimè accepit, conuocatâ familia donum magnificis verbis prædicauit, allato vino impleri iussit, demum comiter propinans præbibit, simulq; poculū restituit, domū, vnde extulisset, referendam.

osteben/mihi
 , nam esse
 n Germani-
 cuoluo, &
 potum ex
 iusdem cra-
 nducere, ita
 tum putet,
 iudicet, in
 culi vis fue-
 ni siluestris
 ibat, eo die
 s in Apollo-
 Poculum ex
 , conuiuijs
 mulentiam
 fraudes, qui
 at: tanta est
 ia & amici-
 ligno hede-
 am infunda-
 , aqua, quæ
 6. Hist. Nat.
 nonensis E-
 diuina fieret,
 Cæsar Ba-
 1. Septemb.
 gnū crepate,
 , mihi p. 180.
 piscopus, ie-
 iunijs

Thomas Stapletonus in vita Mori. c. 3. mihi pag. 38. Alboinus Longobardorum rex Veronæ in conuiuio hilarior Rosimundæ coniugi vinum offerri iussit è calua Chuni mundi regis, qui Rosimundæ pater fuit. Illa & hanc iniuriam, & parentis cædem simul vltura, Helmigem armigerum in mariti necem impulit, cui etiam deinde nupsit. Sed Raunenæ eidem Helmigi venenatum poculū propinans ex eodem dibere coacta, vnā cum altero hoc marito perijt. Henricus Spondanus ad annum 571. mihi pag. 639. Nicephorus in Oriente Imperator à Bulgaris captus, & occisus est. Occisi caput ostentui diebus pluribus suspensum. Exempta dein huic capiti calua, & argento clausa principibus Bulgarorum pro poculo fuit. Henricus Spondanus ad ann. 811. mihi pag. 778. Simile quid memorans Ioannes Manlius parte 2. Collectaneorum, mihi pag. 47. Moscouiæ princeps, inquit, principē alium hostem suum militiæ cepit & interfecit; ex interfecti cranio formauit poculum cum ista in aureum circulum inscriptione: *Appetijsti aliena, perdidisti tua. Tantæ capacitatis poculum Herculis fuisse ferunt, vt ex eo non tantum potare, sed in eo etiam navigare licuerit.* Guido Pancirollus, tomo 2. Memorabilium, tit. 2. mihi pag. 221. Verum,
*Sol prius oppositas perfundet lumine terras,
quàm nos reliquam poculorum seriem lustremus.*

mus. Possim adhuc nescio quot mentas op-
 plere poculis, quæ mihi olla pauperum, mea
 Miscellanea, subministrent. Et hæc me pænè
 dormiente in Notas hæc confusaneas tran-
 sierunt, Sed nolo hac via vel passum progredi.
 Tu, si plura velis, consule Macrobium l. 5. Sa-
 turnal. cap. 21. Lazarum Bayfium de Vasculis
 & vrceolis. De Principum poculis Benedi-
 ctum Pererium, tom. 4. Genesios, c. 44. ini-
 tio. De Poculis Erycius Puteanus in suo Co-
 mo. De Porcellana, Electro. Mulæ vngula, De
 poculis Saguntinis fictilibus, Samijs, Crystal-
 linis, Aretinis Henricus Salmuth tomo 2.
 Memorabilium, titul. 2. in Notis, mihi pag.
 142. Ohe satis est de his, fatis. Ad alia. FAVST.
 Vel pauxilliulum moræ impetrem. De *Minutis*
 etiam, & de *Vno* facta mentio. EVLOG. Dan-
 dum aliquid importuno monitori. Sed scias
 me neque de *Poculis*, neque de *Vno*, aut *Minu-*
tis tantum: plurima confusè in ollam paupe-
 rum congeisse, sed de rebus quibuscumque
 alijs, quibus non adeò erat opportunum, sed è
 certam assignare; quia tamen *Minuta* & *Vnum*
 in mentem tibi sunt, a en vtriusque specimè,
 sed succinctissimum. Non hîc Iliades texi-
 mus, neque centones farcimus, neque Telle-
 nis cantilevas canimus; Excerpti modum
 tradimus, idque compendio. Seiuncta sunt
 hæc; *Multa*, & *apta dicere*. De *Minutis* igitur.

L 3

*Minuta*a *Plautinum*.

c. 3. mihi
 m rex Ve-
 undæ con-
 na Chuni-
 fuit. Illa &
 simul vltu-
 ariti necem
 sed Raven-
 oculū pro-
 à cum alte-
 ondanus ad
 orus in O-
 s, & occisus
 uribus sus-
 iti calua, &
 orum pro
 ad ann. 811.
 orans Ioan-
 orum, mihi
 t, principē
 & interfe-
 it poculum
 nscriptione:
 tantæ capa-
 erunt, vt ex
 etiam nauis
 s, tomo 2.
 1. Verum,
 mine terras,
 riam lustre-
 mus.

Minuta. Rerum natura nusquam magis, quam in minimis tota est. Plinium vide l. 11. Nat. Hist. c. 2. & 5 & 24. Anatomiam formiculae admirandam in Basilio Magno inuenies, epistola eius 168. ad Eunomiū, mihi pag. 629. Augusto Imperatori ex Africa misit procurator eius ex vno grano (vix credibile dictu) quadringenta paucis minus germina. ^a Exrātque de eare epistolae. Misit & Neroni similiter trecentas quadraginta stipulas ex vno grano. Plinius l. 18. Nat. Hist. c. 10. mihi pag. 409. Idem de Torpedine pisciculo mira l. 32. c. 1. Myrmecides Milesius, & Callicrates Lacedaemonius quadrigas vnā cum aurigis fecerunt, quas alis musca posset abscondere. Nauem fabricarunt, quam apicula pinnis tegeret, ijdem distichon elegiacum sesami minuto semini litteris aureis inscripserunt. Callicrates formicas etiam ex ebore, aliaque tam parua fecit animalcula, vt partes earum à cæteris discerni vix possent. Ælianus l. 1. Hist. Var. cap. 17. mihi pag. 14. Plin. l. 7. Nat. Hist. c. 21. & l. 36. c. 5. In nuce inclusam Iliadae Homeri carmen in membrana scriptum, tradidit Cicero in Academicis quæstionibus. Adrianus Iunius testatur à se visum cerasi nucleum in quasilli formam exsculptum, quo quindecim parua tesserarum suis punctis affabre distincta continebantur. Idem asserit
Fran;

^a Alij grana 400.

Franciscum Alumnum in denariolo Symbolū
Apostolorum, & principum Euangelij diuī
Ioannis, idque sine notis perscripsisse. Nō hæc
minuta satis? Anno 1584. Bolzani missi in
montes metallici fossiles cum suis quisque,
vt solent, lampadibus. Eorum incautior vnus
lampadis mucum proiecit in sulfuris venam,
& ita incendit montem, vt socios omnes
repentinum hoc incendium suffocarit, mons
ipse biennium fermè arserit. Quàm verum!
Scintilla modica magni sæpè mater incendij.
Ita fauilla in flammam, furculus in siluam,
gutta in flumen crescit. Augustinus, seu, quis-
quis est auctor serm. 3. ad Fratres. Curtius l. 6.
ante medium, & l. 9. initio. Dum funus Eudo-
ciæ Imperatricis transfiret, puella casu deiecit
sputum, quod morte luit comprehensa &
cremata. Spondanus ad ann. 611. mihi pag.
673. Planè incendium è scintilla. Puncto quid
minus? Encomium illius habet Delrius pane-
gyri 3. de Matre Domini in cælum Assumpta,
medio ferè. Momenti sæpè maximi sunt mi-
nima. Ob vnicam non rarò voculam, imo ob
syllabam aut litterulam quandoque vnicam,
quantæ olim, quantæ & nunc subinde con-
uersiæ? Auicula est, quæ bouem imitatur vo-
ce, hinc illi, *Taurus*, nomen. Æternum
Antuerpiæ, monumentum, picta Mulca. Phi-
lippus Bosquier, part. 4. Academia, Conc. r.
c. 2. mil. p. 14. Sed abundè satis de *Minutis*, &

uam magis,
um vide l. 11.
niã formicu-
o inuenies,
mihi pag. 629.
isit procura-
ibile dictu)
nina. a Ex-
& Neroni fr-
pulas ex vno
o. mihi pag.
o miral. 32.
licrates La-
aurigis fe-
abscondere.
pinnis te-
n sesami mi-
serunt. Cal-
e, aliãque
partes ca-
Ælianus l.
in. l. 7. Nat.
sam Iliada,
ptum, tra-
estionibus.
sum cerasi
xsculptum,
tis punctis
dem asserit
Fran-

plura, quam volebam; taciturnis chartis relinquamus cetera. De *Vno*, vnum alterumve dictum addo, & ad alia transeo.

Vnum. Non bona res multi domini. Rex vnicus esto. Hoc vbi dixerat Procopius Palæstinæ Martyr, ceruices securi feriendas præbuit. Euseb. l. 8. c. 12. Et nihil minus fit, quam quod à multis imperatur. Imperium, ait Curtius, quod sub vno stare potuisset, dum à multis sustinetur, ruit. Curtius l. 10. Sol vnus, luna vna, vnum empyreum cælum, vnus, vt aiunt, phœnix. Vox ista phœnix) aurem mihi peruellit. De Columbibus, Pavonibus, Psittacis, &c. supra mentionem fecimus. ^a Hic ista lemmati de *VNO*, & phœnici placet iungere.

Imperator Rudolphus II. niueam & plumis omnibus candidissimam auem habuit, auati non dissimilem, rostro prægrandi, quam passim omnes dentachenden Hånser appellabant, nam ad edendum risum, quem soli homini tribuunt philosophi^b & ad miracula quæuis instituta; sed ea pecuniæ summa est emptæ, quam notare non piguit, sed præne pudet pronuntiare. Si tamen huic parem, aiunt, & sociam comparare potuisset Cæsar, alterum tantum adiecisset.

^a Hæc

^a Parte 2. c. 6.

^b Homo animal rationale, risibile.

a Hæc avis numquam lætiùs quàm laudata
 risit. *b* Hæc Excerptis meis, Faustine; sed istud
 & oculis meis, spero, & auribus credes in do-
 mo parentum meorum aluerunt volucrem
 (Saxatilem Turdum nominarunt *c*) sanè ad-
 mirandam, si vel mores, vel colores auiculæ
 spectes. Dorsum illi cæruleum, inspersis de-
 cussatim albis plumulis. Collum ac ventrem
 inaurabat plumbeum amiculum, eleganter
 mixta niue, in purpuram desinebat cauda. At-
 que hæc nostræ domûs psaltria, non minùs
 hieme, quàm æstate hilares cantus continua-
 bat, medijs sæpè noctibus audita. Cantilenas
 iterabat non agrestes, sed quas à domesticis
 fuerat edocta. Solebat germanus frater meus

L. 5 fidium

a Pragensium civium non unus graviter af-
 firmabat, lacteam alitem illam Imperatoris, vi-
 ginti millibus florenorum emptam. Sit penes illos
 fides: ego non adducor, ut hæc ullo modo credam.
 Ita enim credulum vulgus plurimæ solet exagger-
 rare, & Muscæ vilitatem ad Elephanti molem
 attollere. Prodigium sit, avem unicam vel solam
 duobus millibus florenorum venire, nisi phœni-
 copterus, aut ipse phœnix sit. Certè Heliogabalus
 Imp. Lempridio teste, conuiuis suis phœnicem pro-
 misit, aut mille libras auri. De phœnicoptero, aine
 frembden Wasservogel auß Africa, Iuuenalis sat. x. s.
 versu 136. mihi pag. 518. Et Scythicæ volucres, &
 phœnicepterus ingen., & c.

b Hinc ill' coompellantium voces, Schoner Hân-
 sel lach mitrains. *c* Staintrostell.

s chartis re-
 m alterum ve

omini. Rex
 opius Palæ-
 iendas præ-
 us fit, quàm
 erium, ait
 uisset, dum
 l. 10. Sol v.
 elum, vnus,
 ix) aurem
 Pauonibus,
 fecimus. *a*
 enici placet

am & plu-
 em habuit,
 prægrandi,
 anset appel-
 quem so-
 & ad mira-
 summa est
 , sed præ-
 huic pa-
 rare potu-
 adiecisset.
a Hæc

fidium ærearum organo *a* frequenter ludere. Hic adesse ales, manubrijs *b* insidere, attentissima modulos excipere, quandoque suos interponere, nonnumquam sola symphoniam pertexere, atque æmulari paullò antè auditam symphoniam, & ea quidem ratione aliquot cantiunculas ediscere. Cùm verò domûs familia prædium accumberet, illa sæpius aperta caucola euagandi libertatem accepit. Hic ei primus volatus ad patremfamilias fuit, cuius vel humeros, vel etiam digitos (ita ad altorem suū assueuerat) cantillans insedit. Edulia omnis generis comedit; panem, oryzam, olera, rapas, hordeum, carnes ferinas, bubulas, veruecinas, ita & pisces, ipsas aues in minuta concisas, imò & caseum esitavit. Æstiuo vesperenonnumquam medio triclinij in depositam cum aqua tepiduscula peluim velut in balneum, pronolauit, seque in tepidario liberaliter, modò insiliens, modò resiliens, abluit. Finitis thermis, nymphæo egressa soli se diductis & passis alis exposuit, dum siccaretur. Ita demum siluestrem naturam omnem exiit, vt reserata cauea, parulis fenestris & ianua, numquam meditari visa sit fugam. Sed hæc nostræ domûs vernacula cantatrix, hæc familiæ voluptas denique syntexi contabuit. Huc me duxit orbis
ales

a Hufm Instrumente schlagen.
b Clavier.

ales vnicus, phœnix. Sed ad *Vnum* addo pau-
cula.

Vnum in homine caput, anima vna. Vnum
ouile, vnus pastor. Esdras Sacerdos, lilium
vnum, riuum vnum, ciuitatem vnam, colum-
bam vnã, ouem vnam, vineam vnam, populũ
vnũ prædicat ⁊ Deus, qui vnus, & maximus,
& maximè bonus est. Æuo Cõstantij Impera-
toris, Romę vniuersus populus exclamauit in
circo: Vnus Deus, vnus Christ⁹, vnus Episcop.
Spondanus ad an. 356. mihi pa. 345. Mediola-
nenses patricij cõplures cõsiderant Reipubli-
cæ cõsultantes. Hic audita vox, quæ vnum ex
omnibus euocabat nomine. Cũ autẽ euo-
catus moraretur, ignotus homo se spectan-
dum præbuit, rogauitque, vt iam vocatus ex-
iret quàm celerrimè. Dum ille vnus exit, tur-
ris repentè corruit, & alios omnes præter v-
num illum oppressit. Spondanus, ad an.
1117. mihi pag. 997. Vna Pherenice, filia, so-
ror, mater Olympionicarum fuit. Vna Curio-
num familia, in qua tres continua serie Ora-
tores, pater, filius nepos. Vna Fabiorum pro-
sapia, in qua continui tres principes sena-
tus. Sapienter Annæus Seneca: Talem, in-
quit, animum esse nostrum volo, vt multæ in
illo artes, multa præcepta sint, multarum æ-
tatum exempla, sed in vnum conspirata. Vnũ
quid fiat ex multis, sicut vnus numerus fit

⁊ Esdras l. 4. c. 5. v. 23. & seqq.

ex singulis. Seneca epist. 84. mihi pag. 550. De Vno nimis quàm multa. De Artis & Naturæ miraculis si initium facerem, finem non reperirem. Taceo. Hæc mihi olla pauperum. Rapsodia quotidiana. Miscella mea non suppeditant. Vis plura? Tua prome, aut conde aliena, vt inde promas tua. FAVST. Quos legam? Et quomodo legam? à quibus incipiam? EVLOG. Hoc ipsum iam indagabimus! Aures præbe vacuas.

CAPVT VIII.

Auctores quinam legendi.

EVLOG. Hic tibi præceptiones docternas, sed breuissimas.

1. Legendus optimus quisque.
2. Legendus, qui maximè faciat ad cuiusuis ingenium.
3. Legendus in quaque doctrinâ princeps: Recentioribus veteres plerumque præponendi.

Ita futuro poëtæ dixerim, Lege Virgilium: Historico, lege Liuium: Oratori, lege Tulliū: Philosopho, lege Aristotelem. Non intelligis? interpretes adhibe. Ita dixerim futuro Medico, Lege Galenū, dein alios, atq; alios: Iuriconsulto, lege Bartolum: aut rectius, lege ipsas Leges; & Theologo, lege Thomam

Aqui-

Ita suadebat assiduè D. Ferdinandus VVaizenecker Iuriscöfultus, qui annis superioribus docuit Ingolstadij, & ipsemet Leges totas bis teruè perlegis.

Aquinatem. Non refert quàm multi, sed quàm boni & bene legantur. Non enim legendi sunt multa, sed multùm. Hic illud An-
næi opportunissimè in stillo: Nō refert quàm multos, sed quàm bonos habeas libros. Lectio cetta prodest; varia delectat. Qui, quod destinavit, peruenire vult, vnam sequatur viam, non per multas vagetur. Non ire istud, sed errare est.

Sunt, qui ex uocis, steriles, macros auctores ament, ubi è dumeto vuulam, è senticeto racemulum venentur. Imperitia miseranda. Quis vineam colit, qui non tantundem lucris speret, quantum ei sumptuum impendit? quis agrum serit, qui non tantum segetis expectet, quantum seminis eiecit? quis montem perfodit, ubi tam exiles ac raræ metallorum venæ, vt emolumentum minus sit impendijs? quis librum legat, è quo lectionis fructus laboris impensas non æquet? Duces in quavis arte assumendi; horum voluenda sunt scripta. Quapropter optimos legamus: Adeamus fontes ipsos, transeamus riuulos. Non tantum suauius, sed & salubrius ex ipso fonte petuntur aquæ. Ita recentioribus præpone pris-
cos; si abundans tempore, illos his coniunge, vt illorum scriptis lectionem horum stabi-
lias. Optimi ergo legendi, quod prima docet præceptio.

L 7

Alte

a Seneca epist. 45. mihi pag. 457.

pag. 550. De
& Naturæ
non repe-
erum. Rap-
n suppedi-
nde aliena
s legam? Et
m? Evlog-
ures præbe

do ternas

at ad cuius

trinâ prin-
eteres ple-

Virgilium?

ege Tullii?

non intelli-

erim futuro?

atq; alios?

ectius, le-

Thomam

Aqui-

us VVaize-

ribus docuit

rué perlegis.

Altera cum grano salis accipienda. Nec enim omnibus, sed prudentioribus, ac in eruditione prouectioribus dixerim: Simile simili nutritur. Lege igitur ex optimis eum, qui tibi magis sapit, Ceteroquin illud (quod sapit, nutrit) in mensis etiã & in alimentis fallacissimũ est. Plurima sunt, quæ valde sapiunt, sed plurimum obsunt: placentas aliaque butyro frixa, cucumeres, & pepones, & caseum recentem, resque cibarias similes, non negaris sapere; sed si quidem tu sapias, fateberis etiam obesse. Idem in lectione verum comperies. Idcirco lectionem, quæ ad gustum est, maturioribus solùm ingenijs permittimus. Quod secunda monet præceptio. Tertia, in quavis arte duces præcipit legendos. Quemadmodum verò in Arte poëtica dux habetur Maro, in oratoria Cicero, ita & aliæ artes scientiæque suos habent duces, quos sequi consultissimum. Nihilominus in tanto Scriptorum numero & varietate, quæstio grauis est & serua, quinam legendi? Cùm verò istud definire instituti mei propriè non sit, compendio auctores quosdam meliùs noscendos dabo.

In Poëtica.

P. Virgilius Maro agmen ducit, communi, ni fallor, sensu, poëtarum princeps.

P. Ouidius Naso in elegis primus, poëtarum

a Melone n.

rum felicissimus, qui de seipso fassus: Quid-
 quid conabar dicere, versus erat. Sed amato-
 ria & huius, & aliorum similium poësis procul
 à te, procul ipsomet monente: Teneros ne
 tange poëtas: Submoueo dotes impius ipse
 meas. Millies hoc inculcandum: Doctrinæ
 præstat, quàm verecundiæ iacturam facere.
 Quamuis reuera nulla penitus doctrinæ fiat
 iactura, cum lasciuas seu poetarum, seu quo-
 rumcumque aliorum sordes non lambimus.
 Ista si legas, non doctiorem te facient, sed ne-
 quiorem; ista si omittas, non proinde rudior,
 sed verecundior manebis & sanctior. Quid,
 obsecro, eruditionem in fimeto, aut in-
 ter cloacas quærimus? Nimis suapte sponte
 præceps in vitium ruit natura: quid opus
 hoc impulsu? Submoue has impudicitæ fa-
 ces; hoc omnium vitiorum fomenta projice;
 Arbitros & Madaurenses (nolti quos
 notem) venenorum officinas, pestes ipsis-
 simas execrare & fuge. Si cœlum, si Chri-
 stum amas, hos nequitæ magistros oderis.
 Hic ego cum Moïse, cum Isaia, cum Paulo
 clamo: Noli contaminare animam tuam,
 nec tangas quidquam eorum. *a* Pollutum
 noli tangere. *b* Immundum ne tetigeris.
c Has

a *Leuit* c. 11. v. 43.

b *Isa. c.* 52. v. 11.

omuni, ni
 s, poëta-
 rum

a Has dulciarias sed venenatas nebulas ne liba. Mors latet certissima. Sed Poëtis Prioribus iungendi.

P. Papinius b Stadius, qui Silvarum libros 5. Thebaidos libros 12. Achilleidos libros duos scripsit; à Virgilio, putem, poëtarum optimus est in heroicis, si lectorem habeat intelligentem.

Claudius Claudianus poëta nobilissimus, quem meus in Rhetoricis præceptor poëtarum ocellum appellare solitus est.

Quintus Horatius Flaccus. De hoc Quintilianus probè iudicans: Inter Lyricos, inquit, solus ferè dignus est legi Horatius. Non est quod quis contradicat.

M. Annaeus Lucanus poëta insignis, stylo grandis, sed à multis historicus magis audit, quàm poëta.

L. Annaeus Seneca in tragœdijs dignus, qui tot habeat interpretes, Lipsium, Delrium, Raderum, alios.

Iuuenalis, Martialis, Catullus, Tibullus, Propertius, optimi poëtæ, sed & pessimi, nisi ab obscœnitatis sordibus sint purgati, quos tibi fragmenta poëtarum veterum exhibebunt. Nil ultra desideres.

Sed numquid animus est, recentiores etiam legere? In oculis sunt, *Francisci Remondet*
ora-

a 2. Cor. c. 6. v. 17.

b Papinianus, puto, rectius scribitur.

orationes & carmina varij generis. *Jacobi Bidermani* Heroica, Elegiæ, Epigrammata; elegantia omnia & lectu digna. De poëtis ista, quorum ego, VII & reliquorum, non censuram (quod absit à me) sed gustulum propinare conor.

His, quos nominavi, poëtis, Lyricos & Satyricos annumerem, inter quos etiam Satyrici solutæ orationis censendi. E priscis Lyricorum princeps, ut dixi, *Horatius*. E recentibus tres, numero *Charitum*, mihi præ ceteris & noti, & chari, sunt. I. *Vincentius Guinifius, Lucensis*, ann. 1627. editus Romæ. II. *Matthias Casimirus Sarbius*, Polonus, cuius libri tres Lyricorum editi anno 1625. Colonia. III. *Franciscus Montmorencius*, Belga, cuius *Cantica & Idyllia sacra* secundum edita anno 1629. Ingolstadij.

Lyricis Satyricum adiungamus. *Ioannes Barclaius* Latinus oppidò scriptor & elegans, *Iconem animorum & Argenidem* edidit; solutæ orationi ligatam hinc illinc miscuit; tres insuper libros inscripsit *Euphormionis Lugnini Satyricon*: Hoc scriptum in omnes ferè tam politicos quàm sacros hominum ordines pugnavit; sed accusationibus id virgere, instituti mei non est: sinamus manes quiescere. Hoc risu dignissimum. A *Barclaij* morte homines simplices & prorsus albæ mentis quædam præfixo eius nomine obtruserunt
edi-

edita (risum teneatis amici, a) ac si litterarum hoc ævum, à plumbo nesciret aurum distinguere.

In Historiâ.

C. Salustius primus, si modò eius libros haberemus, Thucydidi simillimus.

T. Livius, magnitudine, ac maiestate operis ante omnes. Placidus & diffusus, in concionibus maximè disertus, lacteum orationis flumen fundit. Sunt, qui vitiosa quædam illi obijciant. Nostrum est ab his discere, non eos judicare.

Corn. Tacitus Historicorum princeps non elegantiam, sed prudentiam & iudicio, sententijs & præceptis vberimus; sed viris aptior, quàm pueris.

Q. Curtius, probus legitimusque historicus, si quisquam. Mira eius in sermone facilitas, in narratione lepos. Adstrictus idem & profluens, subtilis & clarus, sine curâ accuratus. Verus in iudicijs, argutus in sententijs, in orationibus eximiè facundus.

C. Casar latinè ac compositè scripsit. Mira in eo styli puritas & perspicuitas, minus quidem ornamentorum, sed & minus ineptiarum habet. Nihil in eo affectatum; narratio plana & historico stylo conformis. Simplex in eo & nuda narratio.

Inter recentiores historicos singulariter à
1. Li-

à *Horatius de Arte Poeticâ*, initio.

I. Lipsio laudantur: *Philippus Cominaus*, cum quouis antiquorum, ut ipse putat, componendus: & *Franciscus Guicciardinus*, prudens, peritusque scriptor. Liceat his duos adjungere.

Ioannes Mariana, Latinus reuera elegansque historicus de Rebus Hispanicis libros triginta in lucem dedit: *Andreas Brunner*, de Rebus Boëicis libros quindecim: inspice, & in utroque styli gravitatem & nitorem admiraberis. Historicorum satis habemus, certè Latinorum. Num & Græcos fontes adire placeat?

Thucydides inter eos palmam obtinere creditur. Elocutione totà grauis & brevis, densus sententijs, sanus iudicijs, actiones vitæ tamque dirigens, orationibus & excursibus admirandus.

Polybius iudicio & prudentiâ *Thucydidi* haud impar, multa & præclara libris 40. composuit, quorum pars maxima interijt, ab his *Xenophon*, *Nicetas Choniates* & *Nicephorus Gregoras* in laude sunt.

Plutarchus Auctor laudatissimus, diffusâ & plana scribendi via ad Virtutem & Prudentiam ubique ducit. Ingens in eo eruditionis silua lectori nusquam non aperta. Hunc tibi, *Faustine*, ad comparandam rerum notitiam commendo.

In

In Oratoriâ.

M. Tullius Cicero ad eloquentiam dux certissimus. Ampliori laude hic abstineo. Nam Tullium nemo rectius laudauerit, quàm ipse Tullius. Hoc vnum addo. Principem hunc oratorem *Quintilianus* extollens: Ille, inquit, se profecisse sciat, cui Cicero valde placebit. Subiungo non oratorem, sed philosophum.

Lucius Annæus Seneca nostris encomijs non eget, à doctissimis viris iam olim exquisitissimè laudatus. Hunc *Plinius Maior* ævo suo eruditionis principem appellat. *Dion*, omnibus sui ævi Romanis sapientiâ & eruditione præstitisse, asserit. De *Senecâ* *Iustus Lipsius*: Placeat legitimis Censoribus ille vir, inquit, nec rebus solum (cui enim non? si placet ipsa virtus) sed phrasi & genere dicendi. Quod aliud ab optimo esse, non infiteor: cui tamen sua venus at, vel acumine sententiarum, vel frequentiâ & breuitate. De eodem ille idem *Iustus Annæus Seneca*, inquit, frequenter mihi in manibus est: vt ego sentio, non sine fructu. Siue enim doctrinam quæro; multa inuenio in ritibus priscis recondita: siue sapientiam, Deus bone, quid ad mores & ad vitam scriptum vmquam præclarius? Qualis ille, & quàm Romanus vbique animus, quæ tela aduersum casus subministrat, & ipsam

a *Quintil. l. 10. l. 1. circa finem, mihi pag. 596.*
ubi illustrissima de Cicerone elogia.

mortem? quomodo vitia eripit, inserit virtutes? Fatendum est. In cacumine Olympi montis constitutus mihi videor, cum illum lego: supra ventos & procellas, supra omnes res humanas.

Christianos scriptores excipe, quis omnium veterum magis ad virtutem duxit? Magnus vir est, nec suadet, sed ingerit optima, & impellit ad ea, non ducit. Quis ubique ardor, & quam è pectore verba? Credo post sacras litteras nihil in vlllo Orbe, in vllà linguâ scriptum vtilius meliusque. Semper ille mihi magnus vir apparuit; sed, vt solent verè magna, magis magisque inspectus & tractatus se approbat. *b* Tria sunt, quæ huc me ducunt: Verba, Res, Tractatus. Omnia in eoque iure laudanda. *Verba*, selecta, propria, significantia: imò quæ plus aliquid semper dicunt, quàm dicunt. Qui proprius quidam eius Genius videtur, vt in parsimonia verborum mira *ἐνσπρημα* atque efficacia sit; in breuitate claritas & splendor. Sunt allusiones, imagines, translationes crebræ & pænè continuæ, quæ delectant simul & docent; & in rem animû, atque
extra

a Lipsius l. 1. Elector c. 10. & c. 26.

b Centuriâ 1. ad Belgas, epist. 16. Vbi etiam Seneca vitam & mores à calumnijs defendit, & ead. Cent. epist. 42. & in Manuductione ad Stoicam philosophiam, l. 1. dissert. 18. & 19.

am dux cer-
tineo. Nam
t, quàm ipse
dem hunc o-
Ille, inquit,
le placebit.
losofum.
comijs non
exquisitissi-
æuo suo e-
ion, omni-
eruditione
us Lipsius;
vir, inquit,
placet ipsa
ndi. Quod
r: cui tamen
iarum, vel
m ille idem
frequenter
, non sine
to; multa
a: siue sapi-
res & ad vi-
s? Qualis
imus, quæ
, & ipsam
mor-
hipag. 596.

extra rem mittunt. Est cura, non affectatio; decor, non comptus; tractata oratio, non torta. Est & compositio quædam & viriles numeri: sed vt structuram agnoscas, molli-
 tiem abnuas; & pugnae atque arenae omnia, non delectationi aut scenæ parata. Iam in ipsa breuitate, & stricto dicendi genere, apparet beata quædam copia; fundit verba, et si non effundit; fluit, non rapitur; amni similis, torrenti dissimilis; cum impetu, sed sine perturbatione se ferens. Denique vt felices arbores, quarum præcipua dos est fructum ferre, flores & folia tamen habent: sic iste, quem fructus causa legimus, & colimus, oblectationem adfert pariter, & Venerem cum Minerva iungit. Audebo & hoc edere? vel sermonis atq; elogii causa aliquis eum legat: sed absit, & Res magis trahat. Res, quam illustrem & sublimem, vtilem & salutarem, vbiq; promittit. Omnia eius scripta, etiam vbi ex professo non videtur agere, quid nisi generosum illud Honestum spirant? quid nisi aliis inspirant? Caput omnis boni fontemque Deum, quam sæpè, quam fortiter, inculcat, atque vnà eius Prouidentiam & nostri curam, potentiam, sapientiam, iustitiam, & quidquid tale vel Sacra dicant! illi & Fato nos parere, & quietos, volentesque sequi, quoties monet! in ordinem redigi, ab ordine hoc rerum, quem ille ab æterno descripsit. Iam Affectus, id est,

est, origines malorum, quis acutiùs aperit, ac-
 criùs castigat, adductiùs coërcet? Metum,
 Spem, Lætitiàm, Dolorem, quàm temperat,
 minuit, tollit? Ipsa vitia, asperè ubiq; inuadit
 & exagitat, Ambitionem, Auaritiàm, Libidi-
 nem, Luxum, ceteras animorum pestes. Imò
 hæc tanta sæpè acrimonia, vt modum non te-
 nere dicas, & odio atq; ira (sed, dii boni, ho-
 nestis) auferri. Deniq; in vnius Virtutis admi-
 ratione & cõmendatione deditus, externa o-
 mnia aspernit atq; abijcit, & totũ illud splen-
 didum, sed fallax, fortunæ regnũ conculcat.
 O pura, & cælo digna mens, & ad cælum
 alios subducens! miramur te, & sequimur:
 quisquis cum attentione tamen legit. Etsi
 quis aliter potest? Tantus vbique vigor
 & calor est, (vt de *Tractatu* nunc addam) sic
 omnia animata & spirantia, vt excitari, vel
 ignaua & iacentia ingenia necesse sit, & te-
 pida aut frigida calere; imò non scripta lege-
 re, sed verba audire; nec imaginem eius in li-
 bris; sed ipsum hominem oculis sensibusque
 vsurpare videamur. Addit de Epicteto: Epi-
 ctetus æuo, non merito posterior Seneca, &
 scriptorum pondere, si non numero compa-
 randus, vita præponendus. Ille vir totus à se &
 à Deo, nihil è fortuna fuit. Origine vilis, & in-
 ter seruos; corpore claudus ac debilis; mente
 nobilissimus, & inter omnis æui lumina re-
 fulsit. Vita illi emendatissima, & planè ad
 sci;

scitum, quod in ore habebat, *Sustine & Absti-*
ne. Enchiridion ipsius sanè egregium, & mo-
 ralis philosophiæ velut anima. Nihil in Græ-
 cis, aut fallor, tale extat: à duabus illis notis
 dico, Acrimonia & Ardore. Genus styli con-
 cisum, fractum, & quod indolem subitarij
 sermonis habet: sed docta interueniunt sæpè,
 semper salutaria, & non est, qui bonam men-
 tem magis aut trahat, aut formet. Ego his
 nihil ausim addere, sed nec demere.

Oratores alij recentiores in manibus sunt.

Antonius Murctus.

Ioannes Perpinianus.

Franciscus Bencius.

Franciscus Remondus.

In Philosophia.

In totam philosophiam commentarios
 scripserunt *Franciscus Murcia*, *Antonius Ru-*
vius, a *Rodericus de Arriaga*, *Petrus Hurtadus*
de Mendoza. Ex his ego *Franciscum Murcia*
 discipulis cenleo legendum Præter hos *Fran-*
ciscus Suarez & *Petrus Fonseca* totam philoso-
 phiam complexi sunt, in sua quisque *Meta-*
physica. Totam itidem philosophiam, ut au-
 dio, cõmentarijs exactissimis illustravit *Chri-*
stianus Bauman nondum in lucem datus.
 Singillatim libros physicorum explicat *Fran-*
ciscus Toletus, libros de Generatione *Co-*
nim-

a *Excepta Metaphysica.*

nimbricenses, qui & toti philosophiæ lucem attulerunt nobilissimis commentarijs. *a.* Libros de Animâ insigniter exponit *Hieronymus Dandinus*, *Meteora Libertus Fromondus*.

In Mathematicâ.

Amplissima est scientia Mathesis. In hac, ut nôris, discenda sunt. 1. Elementa Arithmetica. 2. Elementa geometrica Euclidis. 3. Elementa spherica Theodosij. 4. Geometria practica. 5. Astronomia. 6. Gnomonica. 7. Optica, quæ dimensiones linearum, superficierum ac corporum complectitur. 8. Calculus triangulorum tam planorum, quàm sphericorum. 9. Conica Apollonij Pergæi. 10. Algebra, numerorum miracula continens. 11. Geometria sublimior, quæ omnium rerum dimensiones comprehendit, Holometria rectius appellanda. 12. Musica Arithmeticæ coniuncta, quæ vocum & sonorum numeros considerat.

In Mathesi duces sunt *Archimedes Syracusanus*, & *Claudius Ptolemaus*. Ab his *Theon Alexandrinus*, *Pappus Alexandrinus*, *Apollonius Pergæus*, primarij numerantur inter priores.

Recentiores, & meo quidem iudicio, insigniores Mathematicæ doctores sunt *Ioannes Regimontanus*, & eius præceptor *Georgius Burbachius*; *Alexander Andersonius Scotus*; *Nicolaus Copernicus Borussus*, qui annis triginta

M

ta sex

a *Metaphysicam* si demamus.

fine & Absti-
gium, & mo-
nihil in Græ-
ous illis notis
us styli con-
blem subitarij
eniunt sæpè,
bonam men-
met. Ego his
ere.
nanibus sunt.

ommentarios
Antonius Ru-
trius Hurtadus
cum Murciam
ter hos Fran-
tam philoso-
isque Meta-
phiam, ut au-
stravit Chri-
ucem datus.
xplicat Fran-
ratione Co-
nim-

ta sex scripturam de Revolutionibus orbium cælestium elucubrauit; *Franciscus Maurolicus* Abbas Messanenſis; *Petrus Nonius* Luſitanus; *Marinus Ghetaldus* Raguſinus, Itali; *Franciscus Vieta* Gallus; *Adrianus Romanus* Germanus; *Chriſtophorus Clavius* Germanus, Bambergensis; *Chriſtophorus Grienberger* Hallenſis; *Tycho Brahe* Danus; *Ioannes Keplerus*.

Non multos nominaui, ſi ſcientiæ amplitudinem ſpectemus.

In Politicâ.

Robertus Bellarminus publicauit Orbi tres libros de Officio Principis Chriſtiani, ſcriptum minimè falebroſum, & longè vtiliſſimum. Huic vino non opus eſt hederâ.

Iuſtus Lipſius ſex libros Politicorum ſcripſit, & duos Monitorum ad præcepta politica ſpectantium. Opus reuerâ elaboratiſſimum. Neque hîc hederam appenderim huic vino.

Ioannes à Chockier Iuris vtriuſq; Docteur, & Patricius Leodiensis, ſex libris theſaurum dedit Aphoriſmorum politicorum, in quibus Principum, Conſiliariorum, & Aulicorum inſtitutio. Scriptio proſus erudita & vtilis. Non dubitem notum tibi opus Thomæ

Aquina-

a Sunt libri 6. de Revolutionibus orbium cæleſt. ad Paulum III. Pontif. in eo ſcripto docet terram moueri. Calum flare. Vixit Copernicus circa annum 1540.

Aquinatis, de Regimine Principum. Vidisti utique Politicorum libros decem, ab Adamo Contzen scriptos, & libros duos à Carolo Scribanio. Uterque nostri æui notissimus scriptor.

Ceterorū ingens series est. Hic in ore duorum vel trium testium stet omne verbum &.

In Medicâ.

In parte primâ, capite decimo, nominavi Medicos nobiliores, & vero nomine Archiatros, *Christophorum à Vegâ, Donatum Antonium ab Altomari, Nicolaum Pisonem*, & ad usum huius æui *Danielem Sennertum*, qui medicam omnem doctrinam exactissimè censetur tradere. In medicis institutionibus ceteros præcellit breuitate *Gilbertus Tacchæus*.

De valetudine tuendâ & commodiore diætâ, ceteris, ni fallor, insigniùs scripserunt *Hieronymus Cardanus*, qui libris quatuor prolixioribus, & *Edmundus Hollingus Ingolstadij* olim professor mihi notissimus, qui illud instituti tam eruditâ, quàm succinctâ descriptione prosecutus est. Utrumque suadeo legendum. Res summi momenti, cura diætæ.

Sed addo in auctarium. *Israël Spachius* Medicinæ Doctor & Professor, typis in lucem dedit Nomenclatorem Scriptorum Medicorum, hoc est, Elenchum eorū, qui artem Medicam suis scriptis illustrârunt, secundum

M 2

locos

a Matth. cap. 18. vers. 16.

locos communes ipsius Medicinæ, cum duplici Rerum & Auctorum indice. Editus Frâcofurti anno 1,91. Hæc porro capita quæ oculis subijciam, singulatim à Spachij Nomenclatore proponuntur: Medicina, pagina 1. Medicina Chymica, pag 26. Medicina veterinaria, pag. 29. Medicina astrologica Iatromathematica, pag. 40. Medicus, pag. 41. Physiologica Medicinæ pars, pag. 44. Res naturales: Elementa, pag 45. Temperantia, pag. 47. Humores, pag. 48. Partes, ibid. Anatome, corporis humani dissectio, pag. 50. Facultates & earum actiones, pag. 57. Calidum & humidum innatum, pag. 63. Spiritus, pag. 63. Ætas, pag. 64. Homo, pag. 64. ΥΓΙΕΙΝΗ, sanitatis conservatrix, pag. 68. Aër, pag. 73. Cibum, pag. 74. Potus, pag. 76. Affectus animi, ibid. Sõnus & Vigilia, pag. 81. Motus & Quies, pag. 83. Inanitio, Repletio, ibid. Res præter naturã, Morbus, pag. 84. Simiotica signa, pag. 88. Therapeutica Methodus medëdi, pag. 97. Diætetice, pag. 147. Pharmaceutice, pag. 148. Herbarum siue stirpium historia, pag. 173. Chirurgia, pag. 198.

Huic Elencho Spachij jungamus I. Heurnij, Ultrajectini Institutiones Medicinæ, vna cum Modo studendi eorum qui Medicinam suam operam dicarunt. Hæc simul edita Lugduni Bataavorum anno 1592.

Institutionibus Heurnij vtiliter addentur
Petri

Petri de Tuffignano Compositiones & Remedia ad plerisque omnes affectus morbosque sanandos. Egregius reuera, & vt vides, compendiosus libellus, cui adjuncta est Summula e libris Mesuæ excerpta. Hæc vulgata typis Lugduni anno 1587. Sed ad Iurisprudentiam transeamus.

In Iurisprudentia.

Quinam Iurisprudentiæ studioso præcipue legendi sint, docet Herinnannus Vulteius in Prolegomenis ad duos libros, quos Iurisprudentiam Romanam inscribit. Huic, ni fallor, credes plurium annorum professori.

In Theologia.

Theologiam vniuersam meditati sanè ac copiosis & accuratis commentationibus illustrarunt *Franciscus Suarez, Gabriel Vasquez, Gregorius de Valentia, Adamus Tanner, Martinus Becanus*, alij. Hanc ipsam, quam vocant Scholasticam, omnem Theologiam ij, quos nominavi, romis pluribus, at vno complexus est *Alexander Pesantius* Romanus, scriptor vel eo etiam nomine laudabilis, quia breuis. E ceteris hoc quidem tempore *Adamum Tannerum* censuerim lectori fore opportunissimum. His, si placet, *Iacobum Granadum*, Theologum recentem, Hispanum annu-mera.

Si Theologiæ partes inspiciamus, de Trinitate *Didacus Ruizius*, de Incarnatione *Iose-*

nae, cum du-
e. Editus Frã-
pita quæ ocu-
chij Nomen-
pagina 1. Me-
cina veterina-
gica Iatroma-
g. 41. Physio-
Res naturales:
a, pag. 47. Hu-
tome, corpo-
cultates & ea-
& humidum
3. Ætas, pag.
sanitatis con-
Cibus, pag. 74
ibid. Sõnus &
es, pag. 83. Ina-
er naturã, Mor-
pag. 88. Thera-
g. 97. Diæteri-
pag. 148. Her-
pag. 173. Chi-
gamus I. Heu-
Medicinæ, vna
qui Medicinæ,
imul edita Lug-
tiliter addentur
Petri

phus Ragusa, de Sacramentis. *Ioannes Prapostanus* & *Ægidius Coninck*, de Matrimonio, optimè omnium, vt videtur, *Thomas Sanchez*, de Iure & Iustitia *Leonardus Lessius*, de alijs alijs disputant.

In controuersis tradendis, post *Robertum Bellarminum* exactissimus habetur *Martinus Becanus*.

In Theologia morali docenda, iam omnium optimi censentur, *Martinus Bonacina*, *Vincentius Filliucius*, *Paulus Layman*. Extat synopsis eorum, quæ *Filliucius* tribus tomis docuit. Aliorum sanè Theologorum neminem sperno, neque minùs æstimo, sed mihi notiores & vsu familiariores sunt, quos nominavi.

Melioris notæ auctores, ni fallor, à fronte iam nôsti. Agedum & intus illos nôsse incipe legendo. *FAVST. Quomodo legam? EVLOG.* Numquid non satis dictum hæctenus? Excerpendo. Sed quia hîc plusculum documenti expectas, in verba conferam paucissima.

C A P V T IX.

Auctores quomodo legendi.

EVLOG. Hîc ternas pariter præceptiunculas instillo.

1. Lectionem vagam vita.
2. Auctores à capite ad calcem euolue.
3. Non cursim, non perfunctoriè, sed meditatè ac constanter lege.

Le-

Lectiōnem vagā Annæus philosophus dam-
nans : Vide, inquit, ne ista lectio multorum
auctorum, & omnis generis voluminum, ha-
beat aliquid vagum & instabile. Certis in-
genijs immorari & innutiri oportet, si velis
aliquid trahere, quod in animo fideliter
sedeat. Nusquam est, qui ubiq; est. In peregri-
natione vitam agentibus hoc euenit, vt mul-
ta hospitia habeant, nullas amicitias. Idem
accidat necesse est ijs, qui nullius se ingenio
familiariter applicant, sed omnia cursim &
properantes transmittunt. Non prodest ci-
bus, nec corpori accedit, qui statim sumptus
emittitur. Nihil æquè sanitatem impedit, quā
remediorum crebra mutatio. Non venit vul-
nus ad cicatricem, in quo crebrò medicamē-
ta tentantur. Non conualescit planta, quæ sæ-
pè transfertur. Nihil tam vtile est, quod in
transitu proficit. Fastidientis stomachi est mul-
ta degustare: quæ ubi varia sunt & diuersa, in-
quinant, non alunt. Probatos itaque semper
lege: & si aliquando ad alios diuertere libue-
rit, ad priores redi. Excerpe, quod conco-
quas. Hoc ipse quoque facio *a*.

Ergo vaga lectio plus laboris habet, quā
utilitatis. Hinc censeam ordinariæ lectiōni,
haud plures duobus destinandos. Nam,
quod ad institutum spectat maximè, cura

M 4

LII

a Seneca epist. 2. mihi pag. 388.

nes Prapose-
onio, opti-
anchez, de
de alijs alij

Robertum
Martinus

iam om-
s Bonacina
Extat sy-
ibus tomis
rum nemi-
, sed mihi
quos nomi-

or, à fronte
osse incipe
m? EVLOG.
nus? Excer-
documenti
ssima.

i.
ceptiuncu-

em euolue:
toricè, sed
e.

Le-



triplex ad lectionem adferenda. 1. *Rei*. Hic plurimum iuuerit, totius operis argumentum præcipere, mentem & animum Auctoris nosse, inuentionem, dispositionem, persuadendi rationes obseruare, hinc inueniendi, disponendi, probandi modum discere. 2. *Cura sit Verborum, Styli, Sententiarum*. Expende num verba propria sint, an translata; num obsoleta, prisca, peregrina, rara, an vsitata, congruentia, venusta. 3. *Sit Numeri*. Non poëta tantum, sed & oratores, scriptoresque alij suos habent numeros, & periodorum flexus. Audias subinde orationem cetera nõ in- elegantem, sed tamen asperam, hiuleam, claudicantem, numeris omnibus destitutam, mox frontem obduces, & nauseabis. Si ergo sit numerosa, & sonore suauiterque fluens oratio, si aperta & facilis connexio, de imitatione cogita.

Cum verò librum lectitare cœperis (quod altera monebat præceptiuncula) illam à capite ad calcem peruolue, nimirum à carceribus ad metas decurre, ab exordio ad epilogum, à principio ad finem rimare scripti- onem susceptam, ita quidem, vt ipsam etiam dedicationis epistolam, & quæ ad lectorem est, non transilias. Hæc enim omnia ad plen- iorem & auctoris, & libri cognitionem fa- ciunt.

Ter-

a Potissimam Eloquentia studioso.

Tertia præceptiuncula iubet lectionem non esse properantem, non tumultuariam, non præcipitantem, non perfunctoriam. Edendo bolos festinanter ac raptim ingerere, plurimum nocet; eadem panem legentis, quæ comedentis est ratio: ægrè digeritur, quod adeò celeriter & præproperè ingeritur; non satis percipitur, quod ita festinè ac cursim legitur. Et sicut properanter te orare, sic nolim & legere. Nonnumquam, dum legis, insiste, & perpende lecta: cum locus est obscurior, pressiore pede incedendum. Opus festinatum & subitarium, idemque perfectum perquam rarum est. Approperata plerumque imperfecta. Aliqui legunt, ut canes è Nilo bibunt, ideòq; non valdè proficiunt. Canis festinans cæcos parit catulos Festina, sed lentè. Cum nulla verborum & styli habenda est ratio, paullo celerior per paginas volui potest oculus; at ubi tam verba, quam res excerpenda, lentior sit lectio necessum est. Nonnumquam eadem secundum ac tertium legere ne pigeat, ut quod notatu dignius, id memoriæ tantò firmius inhæreat. Et ipsa, quæ quis conficit Excerpta, aut eorum saltem indices frequentius relegendi, ne forsan tuas ipse opes nescias. Et quamvis Philosophus, Medicus, Iurisperitus, Theologus, alijque bonis artibus addicti, poetarum, aut historicorum aliquem legant, poterunt tamè & isti,

M s

sua

Ter-

sua quisque studia eâ lectione mirificè locupletare ac promouere. Non est, quod mireris, ait Seneca, ex eadem materia suis quemque studijs apta colligere. In eodē prato bos herbam quærit, canis leporem, ciconia lacertam. Cùm Ciceronis libros de Repub.prehendit hinc philologus aliquis, hinc grammaticus, hinc philosophiæ deditus; alius aliò curam suam mittit *a*. Quilibet, quæ sui sunt fori, aut excerpit, aut memoriæ tradit. Porro ignauior aut laboris fugitans, si quid venustius occurrat, vel chartæ vnguem infigit, vel versus minio subducit, vel ad libri marginem notas apprimat, vel chartulas pagellis inserit, vel pagellæ apices inflectit *b*, aut discerniculum, aut librarios funiculos immittit: quæ omnia ferè vitiosa, tædium laboris aut ignorantiam excerpenti produnt. Memoria modis melioribus iuuanda. FAUST. De memoria iam pridè auebam quætere. Quid vetat de eius adminiculis breue documentum attexere? Obsecro Eulogi, doce firmitus meminisse.

CAPVT X.

Adiuuenta memoria.

EVLOG. In tuam solius gratiam id fecero. Sed verbo rem complectar. Excerpte, non meminisse hîc doceo. Quosdã memoriæ
ma-

a Seneca epist. 108. mihi p. 636.

b Machi Eselhorn, Supra reprehensũ part. 1. c. 10.

magistros rideo, qui nescio quot domunculas ædificant, & in domunculis cellulas, rerumq; imagines multiplicant in infinitum. Eruditum sanè principium ad inducendam phrenésin. Ad hanc porrò memoriam, quanta opus est memoria? si velimus, Faustine, impendijs minoribus insanire possumus.

Duo sunt memoriæ præsidia, quàm præstantissima: *Ordo & Imaginatio*: sic appellem. Si quid eorum, quæ tu ipse scribis, cum facillimè, tum firmissimè velis memoriæ mandare, quàm ordinatissimè scribe. Princeps memoriæ subsidium, ordo. Ordinem negligis? laborem supra modum auges; ægerrimè ingeris, celerrimè elapsura. Ordo, anima memoriæ. Quidquid memoriæ cupis tradere, id prius in ordinem digere. Incredibile dictu est, quantum hæc vna res, *ordo*, reminiscendi facultatem adiuuet: in arena vel aqua scribis, quod absque ordine memoriæ tradis. Nec verò quidquam adeò incompositum, confusum, inordinatum est, quod non incertum ordinem adducat industria.

Si quis memoriã amiserit, Antonij Mizaldi a suasu, cerebro suillo cum nuce vnguentaria b & cinnamomo vescatur, reparandæ memoriæ. Sed ego hæc artificiola non magni facio.

M 6 Om-

a Mizald. in Appendice ad Centuriam de Rebus memorab.

b Myristicâ vel odoratâ.

ificè locu-
quod mire-
uis quemq;
to bos her-
a lacertam.
prehendit
mmaticus,
aliò curam
nt fori, aut
rò ignavio-
stius occur-
l versus mi-
n notas ap-
rit, vel pa-
iculum, aut
omnia ferè
antiam ex-
odis melio-
a iam pridè
ius admini-
? Obsecro

n id fecero.
Excerpte,
i memoriæ
ma-

part. I. c. 10.

Omnium instar mihi ordo est. Glorietur
 Erasmus Chiliadum scriptor, se puerum ad-
 huc, Horatium & Terentiū totos edidicisse.
 Prodigium est, quod addo. Iosephus Scaliger,
 quod mea me Excerpta docent, vno & vigin-
 ti diebus, totum Homerum memoriæ man-
 dauit. Scis geminas esse Homeri partes,
 Iliadem & Odyssæam. Ilias viginti quatuor
 libros, totidem habet Odyssæa. Versuum ha-
 bet Ilias vnum & triginta millia, sexcentos
 septuaginta (nisi meus me amicus fefellerit
 malè numerando) haud pauciores reor O-
 dyssæa continet. Non iniuriã hîc quæras,
 num fidem non superet, intra vnum & vigin-
 ti dies supra sexaginta tria millia Græcorum
 versuum, à viro illo memoriæ commendata.
 Adiungo grandius. Idem intra quatuor men-
 ses poëtas Græcos omnes edidicit. Obstu-
 pescas haud immeritò si legisse, nedum edi-
 dicisse dicam. Incipe poëtarum Græcorum
 vel principes tantum & notiores numerare:
 Æschylum, Anacreontem, Alcæum, Aristo-
 phanem, Callimachum, Euripidem, Hesio-
 dum, Lycophronem, Musæum, Oppianum,
 Orpheū, Phocylidem, Pindarum, Sophoclẽ,
 Stesichorum, Theocritum, &c. paucos nomi-
 nauit quorum omnium carmina extant, ple-
 raque omnia ab Hêrico Stephano, Aldo Ma-
 nutio, Ioanne Frobenio edita. Cogita iam
 ceteros, & negabis demũ id, quod dixi, fieri
 potur-

potuisse. Sed ego hic litem non moueo. Memoriam ordine quàm plurimum iuuari aio.

Ordini appono *Imaginationem* in firmandâ memoriâ adiutricem longè fidissimam. Nôris probè *disponere*, firmè *Imaginari*, & primarium memoriæ artificium iam tenes. De *Disponendi* & *Imaginandi* modo nil quære amplius. Hæc nimium arcana sunt, quæ si velim, non possim enuntiare. Sit aliquid, de quo liceat dicere cum lanistâ illo: Hoc palæstræ artificium te non docui. Tu tuo te Martei iuuabis.

Senibus memoriam labare dicunt; at ista, de qua loquimur, geminis illis præsi dijs firmata cum ætate non deficit, sed crescit; quòd ætas grandior, hoc illa firmior, senio virescit. Nec enim senectus minùs ordinatè disponere, aut minùs firmè imaginari potest, quàm iuuentus, & virens ætas. Imò vtrumque illud seni expeditius est, quam iuueni. Senex igitur ad illam memoriam plus habet subsidij, quàm iuuenis.

De admirandis memoriæ, suprâ mentionē fecimus *b*. Rex infinitæ dissertationis est. Hic iubet nos Plato quiescere. Ex Annæo clausulam appono: Quidquid frequens cogitatio exercet ac renouat, memoriæ nunquam subducitur, quæ, nihil perdit, nisi ad quod non

M 7

lapè

a Den Straich hab ich dich nit gesehrt.

b Parte 1. c. 2.

Gloriatur
puerum ad-
sedidicisse.
us Scaliger,
no & vigin-
torix man-
neri partes,
nti quatuor
ersuum ha-
sexcentos;
us fefellerit
res reor O-
ic quæras,
m & vigin-
Græcorum
mendata.
tuor men-
t. Obstu-
edum edi-
Græcorum
numerare:
n, Aristo-
n, Hesio-
ppianum,
Sophoclē,
cos nomi-
ant, ple-
Aldo Ma-
Cogita iam.
dixi, fieri
potur

ſæpè respexit *a*. Memoria Platoni, Mater Muſarum & Virtutum; Ciceroni, Rerū omnium theſaurus eſt. Honoremus hanc matrē, ſeruemus hunc theſaurum. Scias tamen ſtultū eſſe, Curtio teſte; eorum meminiffe, propter quæ tui obliuiſceris *b*. In optimis te memorem præbe: Memento delicti commiſſi, vt doleas; memento beneficij accepti, vt reddas; memento mortis, vt deſinas; memento miſericordiæ diuinæ, ne deſperes; memento iuſtitiæ, vt timeas; æternitatis memento, vt fluxa ſpernas. FAVST. Non importunè miſces hæc ſpiritualia. Sed ego plura velim de Memoria. Totis horis è memoria dicere, quod Oratorum olim, nunc Concionatorum eſt, mihi grande quid & difficile videtur. Hic ergo artificij aliquid ſingularioris noſſe peruelim. EVLOG. Actum agis. Iam dixi: Memorię vis in Ordine & Imaginatione conſiſtit. Tibi cerera relinquo. Quia tamen Concionatorum cauſam agis, addamus paucula, quæ propriè ſpectent ad Excerpta cōcionatoribus profutura.

CAPVT XI.

In Dominicos & feſtos dies ſymbola.

Eloquentiæ princeps in Rhetoricis ſcribit, Eloquentiam ſine ſapientia eſſe non poſſe.

a Seneca l. 3. de beneficijs, c. 2. mihi pag. 291.

b Curtius l. 4.

posse. Hanc parare non vnus res anni est Industria & labore pars magna sapientiæ constat. Eò annotationes & Excerpta, eò laboriosa studiorum sedulitas spectat, vt demum sapere discamus & loqui. Cathedra & alto digna dicere, non leuem poscit apparatus. In hoc Excerpta numeramus. Incipiat Concionator maturè, cum iudicio, solerter excerpere, & numquam illi deerit, quod vtiliter dicat. Si quinquaginta, si centum annis dixerit, quod annis pluribus dicat, supererit. Loculos sine fundo, inexhaustam præstat sciētiam hæc excerpenti Solertia. Concionator lectioni sedulæ intentus, longè plus hebdomade vna colligit, quam die vna expendit. Concionatori præter tres illas *Lemmatum*, *Aduersariorum*, *Historicorum* classes, *Symbole*, sic appello, in omnes, *Dominicos* & *festos dies* numquam non ad manum sint. Rem hanc vnā omnium non vtilissimam solum, sed necessariam, tot annis expertus sum. Nec artis aut difficultatis quidquam habet *Symbolarum* conficiendarum modus. Hic ipse est, quem oculis monstro paradigmate mechanico. Sume quaterniones chartæ puræ plus minus nonaginta (tot enim ferè Dominici per annum, & festi dies) singulis suos inscribe titulos hoc modo: Si annum ordiri libeat à Domini IESV natali, quaternioni primo hunc appone titulum:

Nati-

a Regen Papier in Quart.

, Mater Mu-
erū omnium
narrē, serue-
a stultū esse,
propter quæ
e memorem
si, vt doleas
reddas; me-
ento miseri-
ento justi-
to, vt fluxa
e misces hæc
e Memoria
quod Orato-
n est, mihi
hic ergo ar-
e peruelim-
norie vis in
Tibi cerera
orum caus-
ropriè spe-
profutura.

bola.

oricis scri-
cia esse non
posse.

pag. 291.



Natiuitas Domini IESV. Luc. 2.

Ita secundo, ita tertio, quarto, quinto; ita deinceps, ita reliquis omnibus suam cuique inscriptionē à Dominico aut festo die sumptam præfiges, prout hīc cernis.

S. Stephanus. Matth. c. 23.

S. Ioannes. Matth. c. 21.

SS. Innocentes Matth. c. 2.

Dominica I. post Natiuitatem Domini IESV. Luc. c. 2.

Circumcisio Domini IESV. Luc. c. 2.

Epiphania Domini IESV. Matth. c. 2.

Dominica post Epiphaniam. Luc. c. 2.

Ita & reliquos dies Dominicos & festos dispone. Quòd si annum ordiri placeat à Domini Aduentu pari ratione singulis quaternionibus vnum è sequentibus titulis inscribes.

Dominica I. Aduentūs. Luc. c. 21.

S. Nicolaus. Matth. c. 25.

Dominica II. Aduentūs. Matth. c. 11.

Conceptio Beatissimæ Virginis matris.
Matth. c. 1.

Dominica III. Aduentūs. Ioann. cap. 1.
&c.

Hac methodo dies anni Dominicos & festos omnes in separatas chartas transferes, ita vt quiuis Dominicus aut festus dies vnum, aut, si maus, geminatum habeat quaternionem. Vbi hunc illūmve impleueris.

ris, alium atque alios appones. Imò quaterniones nolim esse confutos; satis est in eadem, aut diuersis thecis coniunctos, & funiculis immixtos contineri.

Chartam virginem habemus: sed quid illi, dices, inscribendum? Paratâ igitur chartâ, proximum est, huc illuc symbolas conferre. Quâ in re concionator, aut qui aliquando è cathedrâ dicturus, duo hæc obleruet.

1. Euangelia totius anni norit omnia, & quo die quoduis soleat prælegi, exactè sciat. Ita non difficilè notatu digna in festos & Dominicos dies distribuet, suum cuius locum assignaturus.

2. Symbolæ seu materies huc illuc dicto ordine partienda, est omne id, quod non tantum legerit, sed quod audierit, viderit, ipse cogitauerit, si pro concione conuenienter dici posse censuerit. Huc meliora dicta, sententiæ, concionum themata, huc omnigeni conceptus, vt loquimur, & discursus, sententiæ, præmeditationes, cognata, huc denique referendum mixtim ac sine ordine, quidquid ad istud, illud, aliudue Euangelium rectius explicandum facere videtur.

Exempli gratiâ, inter legendum fortè occurrit de infante exercitûs duce. Anno 1144. pugnârunt Louanienses contra Bertoutiorû

gen-
a Omnia in unâ quaternionis facie perscribi possunt.

gentem. Infans princeps Godefridus III. in
 cunis allatus & ad salicem arborem suspensus.
 Quæ concio potuit differtior esse hac facie?
 conijciunt oculos; manu, qui possunt, tangunt
 omnes, vt Numen, suum principem voce &
 affectu venerantur, & animis inflammatis in
 hostem eunt. Quoties pedem referre Loua-
 nienses cœperant, flexi ad infantem oculi re-
 primebant; vagitus, qui interueniebat, & ne
 sacrum pignus proderent, pro omni exhorta-
 tione erat. Cum infantis auo & patre septen-
 decim iustis prælijs conflixerunt Bertoutij,
 quos Louanienses represserunt. Iustus Lipsius
 in suo Louanio, l. 2. c. 9. & Carolus Scriba-
 nius in Antuerpiæ originibus, c. 2. Huic af-
 finia sunt. Balbinus Romæ seditionem non
 sedasset, nisi infantem Gordianum purpura-
 tum longissimi hominis collo superpositum
 produxisset ad populum. Capitolinus, pag.
 207. de duobus Maximinis. De infante, qui
 contra regem Assyriorum pugnauit, vide I-
 saiam cap. 7. De puero nondum quinquenni,
 & vix loqui gnaro, electo tamen Rhemenſi
 Episcopo, Spondanus ad annum 925. num. 2.
 Hæc talia certè ad Natiuitatem Christi Do-
 mini referenda. FAVST. Sed historica sunt, &
 ad illam classem pertinent. EVLOG. Iam dixi,
 nil esse peccati, licet idè in duas trësue diuer-
 sas classes enotetur. Sed labori vis parcere? In
 eam igitur classem excerpe, quæ visa fuerit
 com-

commodior. Sed conficiendas symbolas exemplis monstro breuioribus.

Legis, vel audis, vel meditaris quippiam annotatum dignum de supremo iudicio? Hoc igitur lectum, seu auditum, &c. ad Dominicam vltimam post Pentecosten, aut primam Aduentus refer. Occurrit aliquid legenti de amore in homines, seu charitate proximi? ergo symbolis inscribe, & ad Dominicam 12. post Pentecosten, aut 17. extrahe. Nobile documentum de animi submissione, seu Humilitate, vndecumque tandem accipis? Ad Dominicam 10. post Pentecosten pertinet. Præclarum aliquid de Pœnitentia discis? Ad diem D. Magdalensæ spectat. De animi dotibus bene collocandis lectitas? Ad diem D. Nicolai excerpe. Insigniora de Angelis te docet lectio? Ad diem D. Michaëlis enota. Tibi ipsi cogitanti fructuosum concionis thema incidit? Mox eò symbolam ablega, quò pertinere iudicaueris. De dandâ inimicis veniâ, dictum, factum, argumentum audis illustrius? Ad Dominicam 21. post Pentecosten exscribe. Notanda quædam de morte legis? Hæc confer, vti symbolam, Dominicæ 15. post Pentecosten. Ita sollicitudinis moderatio, vel contemptus opum, ad Dom. 14. post Pentecosten. Abstinentiæ ac ieiunij emolumenta, ad Dom. 1. Quadragesimæ. Christi patientis memoria, ad feriam 1. Paschatis.

Fu-

fridus III. in
m suspensus.
e hac facie?
unt, tangunt
em voce &
lammatis in
ferre Loua-
m oculi re-
ebat, & ne
ni exhorta-
atte septen-
Berroutij,
tus Lipsius
tus Scriba-
Huic af-
onem non
a purpura-
erpositum
inus, pag.
nfante, qui
t, vide I-
inquenni,
Rhemensi
5. num. 2.
hristi Do-
ca sunt, &
lam dixi,
sue diuer-
arcere? In
visa fuerit
com-

Futurae cladis praemeditatio, ad Dom. 6. post Pascha. Frenum Iracundiae, ad Dom. 5. post Pentec. Odium & victoria sui, ad diem D. Laurentij spectat. Ita de ceteris iudicandum.

Ante omnia verò videat concionator, ne penuriâ laboret thematum, quæ pro suggestu alijs atque alijs diebus erunt explicanda. Ideò hac annotandi curâ ita perfungatur, ut Domini & festi dies singuli saltem aliquot exhibeant themata suo quæque tempore usurpanda. Verbi gratiâ: Christianum Pascha imminet, dicendum publicè de Christo Resurgente, vel in cælum Ascendente: Quid dicam, inquis, quid proponam thématis? quam Evangelij partem explicabo? Sint igitur in parato themata brevissimè annotata, ut delectus sit ex ijs, quod commodius videbitur, seligendi. Atque hoc oculis subijcio, quod è meis symbolis in exemplum sumo.

*Domini IESV in calum ascensio. Marci
c. 16. Actor. c. 1.*

Thema 1. Quoties Dominus IESVS intra Resurrectionis & Ascensionis diem, & quibus sese spectandum præbuerit.

2. Qua gloria Christus Dominus, & quo comitatu ascenderit.

3. De Tempore, Loco, Modo, Testibus Ascensionis Dominicæ.

4. Vestigia Christi impressa rupi.

5. De

5. De nube, quæ velut sella regia excepit Christum Dominum ab oculis discipulorum.

6. Dominus IESVS comparatus aquilæ, quæ sese super omnes cælos sua virtute euexit.

7. Dicitur Angelorum: Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum?

8. Alterum eorumdem dicitur: Hic IESVS, qui assumptus est a vobis in cælum, sic veniet, quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.

9. Pastor reducens ouem perditam, summum cælo terræque gaudium creauit.

10. Cur Ecclesia Domini IESV Ascensionem obseruatu singulari vocet *Admirabilem*.

11. Effigies Christi in cælo gloriosi.

12. Mons Oliueti, principium & finis luctus Christi. Nouem differentia inter diem Christi ascendentis, & in horto sudore sanguineo diffluentis.

13. Christus Summus Pontifex, in quibus Pontificatum suum ostenderit.

14. Ascensio in cælum ædificanda descensu tartari, contemptu terræ, aspectu cæli.

15. Duodecim admiranda Dominicæ Ascensionis.

16. Quomodo per spem ascendendum cum Christo.

17. Acti

Dom. 6. post
Dom. 5. post
ad diem D.
iudicandum.
onator, ne
pro suggestu
icanda. Ideo
tur, vt Do-
aliquot ex-
mpore vsur-
Pascha im-
isto Resur-
quid dicam,
quam Eu-
in parato
delectus sit
r, feligendi.
meis sym-

. *Marci*

IESVS intra
na, & qui-

us, & quo

, Testibus

i.

5. De

17. Acti labores iucundi, Alleluia.

18. Christus cum Samfone collarus, qui ambas portæ fores apprehendit, impositasque humeris in verticem montis portauit.

19. Cur Angeli hoc die apparuerint candidati? Cur non similes triumphatori, cui accinitur: Quare rubrum est indumentum tuum? Isaia c. 63. v. 2.

20. Ab ascendente Domino, facta discipulis promissio: Linguis loquentur nouis. Marci c. 16. v. 17.

21. Et conuescens præcepit eis. Actor. c. 1. v. 4. Conuiuio quando celebranda.

22. Domini IESV Ascensio, rerum caducarum despiciatio, Ecclesia monente: Ipsi quoque mente in cœlestibus habitemus.

23. Quomodo Mater Domini IESV Virgo beatissima hoc mysterium præsens & absens considerârit.

24. Duodecim signa in Domini IESV ascensione obseruanda.

25. Acerbissima mors crucis, quàm sublimem Christum fecerit.

26. Quomodo fidem, spem, charitatem, Ascensio nostri Seruatoris in nobis exciret.

27. Angeli Tobiam ducentis verba: Tempus est, vt reuertar ad eum, qui me misit.

28. Causæ, cur Christus Dominus Ascensionem suam non diutiùs distulerit.

29. Ho-

29. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam accipere sibi regnum, & reuerti. His verbis Christus seipsum depinxit. Luc. c. 19. v. 12.

30. De Apostolorum oculis hac potissimum die dicendum illud: Beati oculi, qui vident quæ vos videtis, &c. Luc. c. 10. v. 23.

31. Vbique plurima, quemadmodum hac ipsâ die, gaudij & luctûs mixtura.

32. Hac etiam die de ascendente Domino IESV affirmandum: Et ipse se finxit longius ire Luc. 24 v. 28.

33. Christi Domini perseuerantia, cum inconstantia hominum collata.

34. Domine, quò vadis? Vado parare vobis locum, vt vbi ego sum, & vos sitis. Ioan. c. 14. v. 2. & 3.

En concionum Themata in annos triginta quatuor parata. Tot simul conciones in promptu mihi sunt, qui annis superioribus ad illa themata formaui. De reliquo Deus prouidebit. Et plura iam habeo notata, sed tibi nondum monstranda. Cùm ergo quot annis Christi vel Nascentis, vel Resurgentis, vel Ascendentis, vel alius quicumque festus dies proximarit, inspiciendæ sunt symbolæ, & è notatis tam thematibus, quàm alijs rebus excerptis eligendum, quidquid aptius visum fuerit ad dicendum. Sed scias, in ijs, quæ signaui themata, non appositum esse, prolixitati

rati vitandæ, scopum & finem, in quem ea debeant collineare. Exempli gratia: Thema primum explicat, Quoties, & Quibus intra Resurrectionem & Ascensionem Christus apparuerit. Sed de hoc, differere parum foret, nec esset concio, sed sola termocinatio, nisi accederet cohortatio ad firmissimam fidem, tam de Dominica, quam de nostra Resurrectione futura, concipiendam. Alterum thema, Ascendentis Christi gloriam proponit. Nihil hoc ad formandos mores, nisi scopus sit, persuadere humanæ gloriæ fugam. Tertium, attributiones & circumstantias Ascensionis Dominicæ declarat. Non satis est hoc scire, nisi dicentis scopus sit, commendare summam submissionem ac reuerentiam erga Dei prouidentiam, quæ omnia in pondere, mensura, numero facit. Thema quartum Christi Ascendentis vestigia rupi impressa commoustrat. Quid hoc ad emendatiorem vitam? Nisi hoc vna inculcetur. Imitationem Christi relictam Christianis, vt sequantur vestigia eius. Ita hæc quatuor, ita triginta cetera, ita alia quæcumque concionum thema, ta certos sibi fines terminosque constituent, eo quidem modo, vt dictio siue concio tota dirigatur ad certum quid persuadendum, & quo morum aliqua sequatur emendatio. Vanæ, vanissimæ sunt conciones illæ, quæ multum clamoris, parum habent caloris, multum dis-

differtant, parū persuadent, nec conantur certum aliquid persuadere. De his verè affirmes: *Dictio venusta & verbosa, sed ad mores, nihil, nemini fructuosa. Dicunt, & non faciunt, sed nec auditores ad faciendum erudiunt.* FAVST. Hic grande quid moues, Eulogi, da veniam, obsecro, interpellanti. Conciones me audire memini quàm plurimas, è quibus mihi vitasum redire doctior, non melior; aliquid eruditionis retuli, nihil caloris, nihil impulsus sanctioris. Recordor è Senecâ te dicere: Obsecro vos, cur tam necessariam curam maioribus melioribusque debitam, in re inutili terimus? Quid mihi profuturum est scire, an aliud sit sapientia, aliud sapere? Potius id age, vt mihi viam monstres, quâ ad ista perueniam. Dic mihi quid vitare debeam, quid appetere; quibus animum labantem studijs firmem; quomodo quæ me ex transuerso ferunt aguntque, procul à me repellam; quomodo par esse tot malis possim; doce me, quomodo feram ærumnam sine gemitu meo, felicitatem sine alieno a? Ita nos prorsus virtutis elogia, illustriora sensa, doctas explanationes, cælitum laudes audimus sæpè, ad veram imitationem hominum sanctorum rarius inflammamur. Scire discimus plerumque, nō item facere. EULOG. Quid ista hinc fabularis? tu concionatores corrigere, iuuenis; tu illis

N

leges

a Seneca epist. 117. mihi pag. 657.

leges figere? Serum est hoc loco de his talibus differere. Nos cathedras & pulpita in mores alios non refingemus FAVST. Quia tamen, mi optime Eulogi, in sermonē hunc incidimus, quæso te, coronidis loco pauculas leges scribe cathedris. Nullum, arbitror, habebis obstrepentem. Hoc ætati tuæ, hoc cano capiti, hoc experientiæ tot annorum, hoc eruditioni non inuidæ, hoc charitati Christianæ conuenit, quod & plurimorum vota, sat scio, postulant. Ergo annue, & monitis Ecclesiasten imbue. EULOG. Non diffiteor, me istud sæpius rogatū. Est tamen quod moram iniiciat. Homines lapides, stupores, hebetis ingenij, præceptiones non capiunt; ingenij elati, non admittunt. Nimirum ab alijs doceri velle, humanus genius rarò appetit. Nihilominus & aliorum, & tuis precibus parebo. Non autem legislatorem agam, sed amicissimum seu monitorem, seu suasorem. Paucis monitis complectar, quod hætenus iudicavi expediētissimum concionatori. Ne tamen forsan minùs intelligat, distinctis monitis Notas subijciā.

C A P V T XII.

Ecclesiasta, atque Concionatori sacro, monita.

I. M O N I T V M.

Ante omnia vnum aliquid & certum sibi sumat Ecclesiastes, quod persuadere velit dictione.

No-

Nota.

Hic cardo rei, hoc totius concionis fundamentum & caput est, quod & primo, & medio, & ultimo loco, quod vel millies dixerim, nec vniquam satis inculcauerim. Hoc vnum vnicè ante omnia concionatori in publicum progressuro ingerendum: Quid persuadere vis dictione? Num Patientiam, num Humilitatem, num Temperantiam, an Charitatem? &c. aut quodnam vitium dissuadere? an vitiorum fontem Superbiam, an Libidinem, aut Gulam, an Auaritiam, aut Socordiam, num Iram, aut Inuidiam? Quod Christianæ religionis caput, menti auditorum vis affigere, vt id firmitus credant? Huc enim momenta rerum & rationes, huc causæ & argumenta omnia sunt dirigenda. Aiunt periti rerum, concionem omnem sic esse componendam, vt ea in syllogismum possit redigi, qui vrgendus & persuadendus. In vnum & certum aliquid argumenta concionis omnia esse collineanda.

Quanti, ah quanti quotidie cathedras conscendunt, omnia præclare dicunt, plausum ferunt, sed reuera fructum non capiunt, quia hoc vnum omittunt; dictione non tantum nil persuadent (quod sæpè non humanarum viriū est) sed nec persuadere contendunt. Bellissimos *Conceptus* & *discursus* in medium ferunt, clamant; brachia iactant, pulpita tunc

N 2

dunt,

his talibus
a in mores
tamen, mi
ncidimus,
leges scri-
bebis ob-
ano capiti,
e eruditio-
tiana con-
at scio, po-
eclesiasten
stud sæpius
ijciat. Ho-
genij, præ-
ti, non ad-
velle, hu-
ominus &
Non autem
am seu mo-
nitis com-
xpediētissi-
orsan minus
tas subijciā.

ro, monita.

1.

& certum
persuade-

No-

dunt, iam pænè triumphant. Cùm dicendi finis est, quærat auditor prudens: Quid dixit, aut quid dicere voluit? Idem in libris reperias (cum venia dixerim) in quibus seges rerum plurima, sed quæ ad formandos mores non multum faciat. Explicationes hîc pulchræ, sermocinationes variæ, digressiones amplæ, inuectiivæ, sed rariores, verborum & sententiarum exornationes plurimæ; dicuntur & scribuntur omnia præterquam necessaria & vtilia. Nimirum hos sibi fines terminosque multi constituunt, dicere miranda, numquam audita, auditu grata. Denique in vniuersi laboris præmium sunt solæ illæ vulgi voculæ: Fuit pulchra concio. Tantilla merces pro tantis laboribus!

Tu ergo, si tibi diuinus honor est curæ, dic potius vtilia, dic necessaria. In omni concione (quod probissimè notandum) certum aliquid persuadere nitere; aliquid vitiosi, aut prauæ consuetudinis, aut mali exempli abolere ac emendare, virtutis aliquid inserere conare. Huc totis viribus tende, huc arcum dirige, mores instrue, castimoniam doce, patientiam persuade; discant à te facere, quidquid Christianæ legis est. Finis & scopus concionum, si fieri possit, sit semper vnus aliquis ad formandos mores præfixus, in hunc vnum initio scriptiois omnia dirigantur.

II. Ex.

II. Exordia sint breuia, & è dicentis ducta. Thema concionis, quàm clarissimè ac distinctissimè proponatur.

Nota.

Crebræ sunt conciones, quæ longis pugnant prolusionibus, & auditorem ante pugnam fatigant. Quid tu de corpore illo dixeris, cuius caput dimidiam corporis longitudinem exæquat? Quid de illâ concione, cuius prolusio dimidium ferè temporis spatium absumit? In exordio captanda est beneuolentia. Contrarium facit, qui prolixum exordium struit. Nam auditor Laconicæ dictionis amans, à vestibulo domum æstimans, ingemiscit ac dicit: Longa prælatio, ergo longa concio. Ita ante principali finem, iam tædij plenus desperat, demittitque auriculas, ut inique mētis asellus, cum grauius dorso subiectus *a*. Ergo breue sit exordium, & rei quàm maximè accommodatum, ne concionator à piscibus incipiat, finiat cum auibus. Epilogus pari modo sit clarus, breuis, distinctus, & conceptis verbis ad concitandum motum neruolus.

III. Tardè loquatur concionator, nec umquam voces præcipitet.

N 3

Nota

a Horatius l. 1. Serm. sat. 9. initio.

II. Ex.

Nota.

Incredibile dictu est, quantopere hæc vna res maximè plebem ad audiendum deuinciat. Orator ille gratissimus, qui nõ præcipitanter disertus. Auditor enim rudior eruditâ linguæ volubilitatem neutiquam assequitur, sed nec doctiores tam celeri vocum tumultu volunt obrui. Annæus Seneca facilitatem potius verborum, quàm celeritatem probans: Illam ego, inquit, in viro sapiente recipio, non exigo, vt oratio eius sine impedimento exeat; proferatur tamen, malo, quàm profuat. Cicero quoque noster, à quo Romana eloquentia exiuit, gradarius fuit, non cursor, gradu iuit. Summa ergo summarum hæc erit: Tardiloquū te esse in hoc. Præstat igitur vnum aliquid probius auditoris animo infigere, quàm multa peius proferre, & plura cursim dicere, ad oratoris copiam potius ostentandam, quàm ad auditoris vitam emendandam: Vanitatis est, dictionem infarcire rerum copiâ, ne scilicet concionator siccus aut ieiunus videatur.

IV. Affectatio, & omnis tam exterior, quàm interior cauenda est pompa.

Nota.

Orator Evangelicus intentionis sit purissimæ, & ad vnius Dei gloriam extollendam erectæ. Quidquid porro affectatum est, decorum non est, neque placere potest. Propria &

vli;

a Seneca epist. 40. mihi pag. 453.

usitata placent. Hinc stylus à familiari colloquio alienus, aut plus æquo conquisitus, plerumque displicet. Et expedit valdè vt Ecclesiastes subinde in auditoris animum sese infuset, familiari prorsus dictione, ingenuo cãdore, & affabili fiducia sine omni affectatione ac pompâ. S. Franciscus Xauerius, Societatis concionatores identidem admonebat, ne seipsum prædicarent, sed Christum crucifixum, hoc est, ne quæstionibus subtilibus, aut disputationibus doctrinam vel ingenium suum venditarèt, ad auram popularem captandam. Sermonem in rebus moralibus, planis, & ad vulgi captum accommodatis versari; res curiosas, nouas, dubias, inauditas à suggestu sacro amandari; ea demum pro concione ferri volebat, quæ vulgi etiam imperiti intelligentia potius quam admiratio exciperet. Ideò testimonia sacrarum litterarum non nimium aceruanda, controuersa doctorum non tangenda, sed perspicua & ad mores corrigendos apta iudicabat tractanda.

V. Suis se auditoribus, loco item & tempori Ecclesiastes accommodet.

Nota.

Hic artis non est, multa & doctè disserere; artis est ad sensum captumque præsentium sese attemperare. Nec enim tantum vitij est non capi, sed etiam ægrè capi: hinc proso-

N 4

popocia

ere hæc vna
m deuinciat
æcipitanter
ditã linguæ
itur, sed nec
ultu volunt
potius ver
s: Illam ego
on exigo, vt
eat; profera
Cicero quo
entia exiuit,
iuit. Summa
loquũ te esse
nid probius
multa peius
ad oratoris
am ad audi
tatis est, di
ne scilicet
deatur.

s tam exte
est pompa.

nis sit purif
extollendam
m est, deco
t. Propria &
vli

popœiæ *a*, dialogismi, hypotyposes *b*, & maximè similitudines non spernendæ. Nervosæ Bibliorum sententiæ librato eorū sensu, quandoque crebrius repetendæ. Christus id fecit, qui in eâdem concione intra paucos versus, ter istud repetijt: Vbi vermis eorum non moritur, & ignis non extinguatur. Marci c. 4. v. 44. 46. 48. Hunc concionatorem verè Magistrum artis imitetur Evangelij præco. Qui quidem si diuini honoris studio feratur, nullam concionem suâ vel negligentia, vel aliâ culpâ omittet. Sanctus Franciscus Xaverius ille Indiarum Apostolus, conciones quàm creberrimas expetebat, ratus ex communi hoc bono multa & magna priuata bona promanare. Hinc multum errant, qui peregrinationis, aut alterius deuotionis, vt vocant prætextu, aliòue specioso nomine conciones omittunt, & plebem Christianâ suo fraudant pabulo egregij pastores. Hæc dicit Dominus Deus: Væ pastoribus, qui pascunt semetipsos, lac comedunt, operiuntur lanis, quod crassum est occidunt, gregem autem Domini non pascunt (conciones raræ, conuiuia creberrima) quod infirmum est non consolidant, & quod ægrotum non sanant, quod

a Personarum ficta introductio, de quâ Cypriani Rhetorica, lib 3. cap. 30.

b Forma rei, sic verbis expressa, vt cerni potius videatur, quàm audiri.

contractum non alligant, quod perierat non
quærunt, quod abiectum non reducunt *s.*
Verbum diuinum sollicitè tractandum; nulla
concionum temere omittenda.

VI. Plurimum iuuat inter dicendum,
bis tēre animum colligere, & omnibus
sensibus præsentem esse.

Nota:

Summi hoc momenti est, & concionanti
tam utile, quàm necessarium. Sed hæc sensuū
collectio, animique præsentia suaderi potius
potest, quàm quid ea sit, describi satis vel do-
ceri. Hac animi præsentia maximè opus est,
cum neruosius aliquid virgendum, & in epilo-
go, vbi cōcionator totis viribus in id incum-
bat, vt quod persuasum credit, animis audi-
torum penitus infigat. Ad eam rem, epilogus
cum cura & studio singulari parandus. Illud
jam è Rhetorica notum: Firmissimas rationes
principio & fine collocandas; ceteram argu-
mentorum turbam in medium conijciendā,
singulis gestum ac vocem attemperandam.
Illi porro concionatores minimè laudandi
(quos vocant *Vnisonos*) qui dictionem suam
eodem vocis sono ac tenore, quo sunt orsi, ad
finem perducunt, Molestum hoc auditori, &
ad meliores motus concitandos neutiquam
idoneum.

N. 5.

Euan-

a *Ezech. 6. 34. v. 2. & seq.*

oses b, & ma-
dæ. Neruosæ
rū sensu, quan-
ristus id fecit,
aucos versus,
rum non mo-
Marci c. 4. v.
m verè Magi-
præco. Qui
feratur, nul-
gentiâ, vell
nciscus Xaue-
s, conciones
atus ex com-
priuata bona
nt, qui pere-
onis, vt vo-
omine cōcio-
anâ suo frau-
dicit Domi-
scunt semet-
lanis, quod
atem Domi-
, conuiuia
non consoli-
nant, quod
con-
de quâ Cy-
ut cerni potia



VII. Euangelij explicatio aspergi potest eruditione profanæ litteraturæ.

Nota.

Aspergi, dico, non perfundi, idque rariùs & modicè. Hoc Apostoli *a*, hoc Patres prisci fecerunt, sed fecerunt parca manu. Nec enim vetitum è Plutarcho, Plinio, Æliano, Liuijs, alijsque talibus, eruditionis priscæ aliquid miscere ad institutum meliùs explicandum. Sed hoc admodum moderatè faciat Ecclesiastes, veluti sacrum irrorans patinæ piper *b*. Historiæ, præsertim notiores, breuiùs narrandæ, fabellæ multò parcius vsurpandæ. Facetiæ non facilè in suggestum adferendæ: Adulationes, inutilium narrationes, auces, hyperbolæ, exaggerationes nimix penitus excludendæ. Laudes sine exceptione, & odiosæ de Sanctorum inter se præstantia cõparationes, vitandæ. Candidè ac moderatè loqui, tutissimum. Philologia & omnis litteratura profana hîc seruiat, non regnet. Omne firmamentum concionatori è sacris paginis petendum. Biblia concionator ita legat, vt si possit etiam ediscat. Idcirco quotidie minimum duo Bibliorùm capita; si per tempus liceat, plura singulari studio euoluat, & inde vel in suas symbolas, vel classes alias excerpatur.

Medicor

a Paulus ad Titum, vers. 12.

b Persius sat. 6. vers. 24.

Medicorum scito, ouum vnicum plus præbet
 alimenti, quàm olla brassicæ referta: ita vnica
 Scripturæ sententiola plus habet succi, quàm
 mille Aristotelis, Tullij, Demosthenis testi-
 monia. Exanguia sunt, & exucca omnia, quæ
 nihil habent roboris è voluminibus diuinis.
 Hic erant sanè multi, qui neglectis aut parcis-
 simè consultis codicibus sacris, per omne ge-
 nus scriptorum volutantur, & tunc demum,
 quàm pulcherrimè se dixisse credunt, cum di-
 ctionem attulerint Rhetorum coloribus pi-
 etam, sententijs, figuris, historijs insigniter fa-
 ctam.

VIII. Omnis concio concionatori
 bis sedulò scribenda.

Nota.

Ita aio. Et prima quidem scriptio chartæ
 mandanda liturariæ obuiæ, in quam dicen-
 dorum materies omnis sine ordine, prout oc-
 currit, mixtim referenda. Ita exordium & e-
 pilogus hîc breuiter annotandus; ita senten-
 tiæ, rationes, argumenta, & quidquid ad pro-
 ximam concionem struendam pertinet, pau-
 cis designandum. Haud aliter atque is neces-
 sariò agit, qui domum ædificare cogitat.
 Nam prius materiam omnem educendæ do-
 mûs, arenam, lateres, calcem, tegulas, saxa, tra-
 bes, asseres opportunè in locum vnum con-
 uehit: dein partitur, segregat, componit, ædi-
 ficat eo, quem sibi præfiniuit, ordine. Ita

prorsus Ecclesiastes prius omnem materiam futuræ concionis separata charta excipiat, & in ea ipsa certis notis ac numeris sibi ordinem præfinit, hoc primo loco, hoc secundo, hoc tertio, hoc quarto, &c. hoc loco ultimo dicendum: hoc in exordio, istud in epilogo ponendum. Atque hæc prima concionis scriptio est. Altera: Vbi iam omnia vnà cum suo ordine erunt notata, quæ ad futuram concionem spectant, concionator charta pura incipiet ordinatè ac distinctè scribere, quæ antea in vnum cumulum coniecerat. Nec dubium quin quædam è notatis mutaturus, quædam etiam omisurus sit, prout ipsa exegerit structura, ita quod in prima scriptione confusanea & indigesta moles fuit, in altera distinctum & ordinatum erit ædificium, sine prima nil boni construet secunda.

Sed quæras an ad verbum omnia, an rerum capita solum sint perscribenda? Hoc tui est arbitrij. Sunt qui de verbo cuncta scribāt, quod tironibus non inutile: alij aliter. Hoc omnibus suadendum, vt ea, vbi vis & energia, vel idiomatis proprietates est, ad verbum studiosè notentur, qui minimè vanus est labor. In ceteris cuiusuis ingenium sibi eliget, quod commodissimum videbitur. Hic, arbitror, via media censenda est tutissima. Hanc ij tenent, qui vna pagina rem, de qua dicturi sunt, exacta methodo, sed stylo strictiore, & velut sum-

summatim complectuntur, quin & verba ad rem ipsam appoſita adjungunt. Ita fit, vt libe- riore, cum res poſtulat, campo poſſint excur- rere, amplificando ſermoni & affectus ſubi- tario dicendi impetu facilius promouere.

IX. Inuentum thema mirificè adiu- uat bona rei, vel argumentorum ad rem ſpectantium diuiſio, ſcriptioni ſecundæ præmittenda.

Nota.

Bene diuide, & dimidium facti habebis; ſo- lertter argumenta diſpone, & pænè confe- ctū ſtabit opus. Venuſinus vates ſubmonet:
Rem tibi Socratica poterunt ostendere charta,
Verbaq; præuiſam rem non inuita ſequentur. a
Liceat dicere: Verbaque diuiſam rem non in- uita ſequentur. Præeuntem rei partitionem omnis & verborum & ſententiarum comita- tus non difficilè ſequitur. Præſidium & lumen ingens tam oratori quàm auditori, *Ordo & digestio* rei. Hic quoque uſurpandum illud: *Qui bene diſtinguit, bene docet.* Non eſt in- quit Ariſtoteles, imperitæ multitudinis bene diſtinguere b. Laus artificis prima eſt, erudita
N. 7 rerum

a Horat. de Arte Poëtica, poſt med.

b Ariſtot. tom. 3, lib. 10. Moral. Nicomach. cap. 1. mihi pag. 241.

m materiam
excipiat, &
ſibi ordinem
ſecundo, hoc
o ultimo di-
epilogo po-
nitionis ſcrip-
vna cum ſuo
ram concio-
ita pura inci-
re, quæ antea
Nec dubium
us, quædam
exegerit ſtru-
one confuſa-
altera diſtin-
am, ſine prima
nia, an rerum
hoc tui eſt ar-
ſcribāt, quod
Hoc omni-
energia, vel i-
bum ſtudioſè
labor. In ce-
liger, quod
c, arbitror, via
anc ij tenent
uri ſunt, exa-
re, & velut
ſum-

rerum discretio. Ordine ac commoda rerum distributione vnicè iuuatur memoria. Huius Ecclesiastes concionem suam ita commendabit, vt, quæ publicè dicturus scripsit, ea pridie concionis vesperi memoria firmiter comprehendat, manè verò cubitu surgens, pridie illud depositum à memoria exigat.

X. Horam Ecclesiastes perorando non excedat sine graui causâ.

Nota.

§ O quoties corrumpitur grati cantûs suauitas, cum accedit odiosa prolixitas. O quoties in aurem insusurrandum oratori: Bona concio, concio optima, si modò non fuisset nimis longa. Dictionem tuam omnem horula, sed stricta conclude. Intra hos cancellos se continere consultissimum. Rosas licet, & aurum, & gemmas loquaris, si horam transilias, pluribus non placebis; cum fastidio discedent, qui cum fame venerant. Hoc quidem auditorum est vitium (nemo neget) quis autem id satis emendauerit? Quòd si auditoris etiam memoriæ consulendum, non ea fatiganda nimium, aut obruenda. Nonnunquam expediens est (non semper) tres horæ partes dicendo non multum excedere. Concio moderate breuis, & probè distincta, omniû gratissima. Illa complurium psalmorum inscriptio concionatori sæpius occinenda: In fine ne corrumpas.

XI. Si

XI. Si quid alijs sermō persuadere velit concionator, id prius ipse sibi persuadeat; quod dicit, hoc sentiat.

Nota.

Notissimum illud: *Si vis me flere, dolendum est primum ipsi tibi a.* Tua dicta non penetrabunt alterius animum, nisi prius penetrauerint tuum. Ipse tibi prius persuadeas, quod ab alijs extorquere cupis. Bene coque, probe meditare, quod tuis appositurus es in alimentum. Summā vi nitere, proponenda alijs ipse animo prægustare, ac sensibus intimis percipere. Magnum quippe intervallum est inter eum, qui animi viribus non obiter meditata vibrat, & illum, qui hinc illinc conquisita è memoriâ segniter pronuntiat. Indocte admodum paupertatis est, si concionaturus è libris Sermonum, Homiliarum, Concionum, Postillarum, omnem suam eruditionem eruat, & consarcinet; mixtura erit parum grata, aut si sit, ad mores tamen emendandos parum erit robusta. Quod si aliter non possis, hoc ipsum, quod colligis alienum, ruminando fac tuum.

XII. Vitia concionator acriter reprehendat, vitiosorum neminem nominatim perstringat.

Nota.

a Horat. de Arte poetica post init. mihi p. 161.

moda rerum
moria. Huis
ta commen-
ripfit, ea pri-
rmiter com-
gens, pridia-
exigat.

perorando

cantus sua-
tas. O quo-
ori: Bona
non fuisset
nem horu-
ancellos se-
icet, & au-
transilias,
tidio disce-
oc quidem
et) quis au-
si auditoris
ea fatigā-
quam ex-
partes di-
cio mode-
niū gratis-
inscriptio
In fine ne
XL. Si

Nota.

Caueat Euangelicus orator, principes, magistratus, præpositos, nominatim aut velut intento in eos digito, perstringere. Nam eiusmodi obiurgatione publica magis exasperantur tales, quàm emendantur. Si quid ab eis peccatum est, id tutius admonitio secreta & prudens corriget. Imò nec præsentium aliorum, nec absentium quemquam singillatim notabit Ecclesiastes. Non est sacri oratoris, vllum hominem speciatim sugillare ac pungere. Vicia pluribus communia, præsertim vsitatiora, acriter reprehendat. Hic tamen etiam acerbitatem vitet, quæ offendere potius solet quàm corrigere. Reprehensio commiserationem potius ostendat, quàm indignationem, aut cuiusquam odium. Hic sanè non leui brachio agendum Ecclesiastæ. Ad hoc enim à Deo constitutus est, vt euellat, & destruat, & disperdat, & dissipet, & ædificet, & plantet *a*. Idcirco instet opportunè, importunè, arguat, obsecret, increpet, sed in omni (quod addit Paulus) patientia & doctrina *b*. Contentiones porro & pugnas pro suggestu cum alijs concionatoribus studiosè vitet. Vniuersè meminerit, vicia sibi esse flagellanda, non vitiosos.

Eccle

a Hieremie cap. 1. vers. 10.

b 2. ad Tim. cap. 4. vers. 2.

XIII. Ecclesiastes superbiam singulartiter, & in alijs, & in seipso primum oderit.

Nota.

Ante omnia humilitati & animi demissioni concionator ita studeat, & in omnibus de seipso tam submissè sentiat, ut modestiam, animiq; submissionem & oratio & ipse vultus spiret. Orator turgidus, quid nisi mimus aut tragicædus est ad pompam facundus, in plausu ambitiosus, qui sua omnia eò deriuat, ut os populi mereatur, & tamam noménq; colligat. Quòd si Ecclesiastes animi verè demissi est, nec concionatorum, nec aliorum quemquam despiciet, neminem priuatis punctiunculis lædet, moneri se æquo animo feret. Imò ipse met prudentes homines amicos sibi parabit, à quibus de suarum concionum vitijs admoneri liberè possit, ut ea & agnoscat facilius, & citius corrigat. Hunc certè concionatorem non virum tantummodò bonum, sed & Christianum verum dicemus, qui se moneri non solum tolerat, sed desiderat, & suum ipse monitorem instigat. Chrysostronus ab anicula etiam moneri ac corrigi se passus. Humilitas in alto, tam venusta, quam necessaria.

XIV. Concionator neminem in concionando imitetur.

Nota.

Bo-

principes
atim aut vel
ngere. Nam
ca magis ex
tur. Si quid
dmonitio se
nec præsent
emquam sin
Non est sacri
tim fugillare
munia, præ
hendat. Hic
quæ offen
ere. Repre
us ostendat
uam odium
ndum Eccle
tutus est, ut
& dissipet, &
et opportu
increpet, sed
ientia & do
pugnans pro
ous studiosè
sibi esse fla

Eccle-

Bonos concionatores frequentius audisse plurimum iuuat, eos autem imitari, vim eorū inſitam exprimere, nec facile, nec vtile; ſeipſum imitetur concinator, hoc eſt, naturæ ſuæ conuenienter dicat. In artibus & ſcientijs alijs ferè omnibus, imitatio ſuadetur; hîc non probatur. In hoc dicēdi genere ducem habeamus Naturam. Illius eſt planè hîc aurigari & ducere. Orationis pro ſuggeſtu color eſt optimus, qui natiuus. Ergo, vt fert Natura, ita Eccleſiaſtæ munus imple. Alioquin affectatio ſe prodet, res fœda, vt dictum, & intolerabilis in Euangelij præcone. Hîc quæras: Quos ergo concionatores leget concinator, ſi optimos quosque audite nequeat? Biblia leget, & interpretes ad rem meliores. Inter primos videntur numerandi *Sebaſtianus Baradius* in hiftoriam Euangelicam, tomis quatuor comprehenſus. *Cornelius à Lapide*, qui iam in tota ferè Biblia complures tomos edidit. *Franciſcus Labata* dedit apparatus concinatorum, tribus tomis. In S. Matthæum ſingillatim bonis & breuis *Paulus de Palacio*. in S. Lucam *Didacus Stella* optimus. In S. Ioannem *Franciſcus Toletus*. E concinatoribus meliores videntur iſti, *Philippus Diez*, *Thomas Stapletonius* in Dominicos tantum dies. Quæ eâdem methodo, ſed forſan non pari gradu ſecutus, in dies feſtos *Laurentius Beyerlinck*.
His

a Bles d' Natur gibe.

His jure merito iūgendi *Didacus Vega* in Do-
minicos & festos dies: *Ioannes Oforius*, *Ioannes*
Raulius. Lektionem in his positam iuuabunt
Ioannis Busai Viridarium & Panarium, *Philippus*
Doultremanni Pædagogus Christianus. Studio
paucos nomino Plures in hac classe numerā-
dos non nego. Sed libet omnium optimus,
Biblia. Accedat interpretatio meliorum, &
propria meditatio. Hæc cathedras faciunt sa-
lutariter facundas.

XV. Quod dicis, F A C.

Note.

Saltem conare, quod alios mones verbis,
monstrare exemplis. Dictis tuis fac fidem
factis tuis; quod doces, exhibe. Alioqui nemo
tibi credet. Vox illa omnium te feriet: Dicit
& non facit a.

CAPVT XIII.

Epilogus.

Temporis parsimonia.

EVLOG. Habes, Faustine, non quod è toto
sit optimum, sed quid mihi esse optimum
sit visum. Viris eruditis ego leges non figo.
Tibi roganti præceptiones aliquod sugges-
si. Excerptendi classes aperui. Vis inuentis
vti? Licet. Vis nouas inuenire? si potes, &
istud licet. In meam excerptendi methodum
te iurare non cogo. Hoc vnum virgeo, Ex-
cerpte. Hac vel illâ semitâ gradiaris, nō anxie
con-

a *Matth. cap. 23. vers. 23.*

contendo modò ad illam, quam monstrò
Musarum ædem peruenias.

Quod apud Satyricum pater filio, hoc e-
got tibi, hoc omnibus litterarum amantibus
inculco: Scribe, vigila; causas age, perlege ru-
bras maiorum leges ^a. Excerpe, & Nota; seli-
ge, ac futuro para. Nunc æstas litteraria est,
ingruet hiems, quâ partis vtendum erit. Nunc
messis est, lege spicas & manipulos. Nunc est
vindemia, vvas & racemos collige, & vel mi-
nimas temporis particulas in vsum tuû rãpe.

O tempus! Ô thesaurum non vltra reperi-
endum! Fluit assidue: & nobis effluit, quod
vnum auariter habere deberemus, & nulla
merce aut pretio permutare. Hoc nihilomi-
nus illic otio, istic aleâ, hîc fabulis & conui-
violis perdimus: & quantum in ualitudine &
somnia? Quod viximus, vbi est? Infinita est
velocitas temporis, quæ magis apparet respi-
cientibus. Punctum est, quod vivimus, sed
hoc punctum specie quadam longioris tem-
poris diuidimus, & Pueritiam, Adolescentiã,
Iuuentutem, Senectutem facimus. Ah vbi
sunt ista? Abierunt prima, & tunc denique
computamus, & damnum querimus, cum abi-
erunt. Vtinam vel tardè, non enim serò, inci-
piamus æstimare & amare tempus, cuius
vnius honesta est auaritia. Illius breuitas, &
nostra nobis fragilitas occurrat: bene pona-
mus

^a Iuuenal. sat. 14. v. 19.

mus hoc quidquid datur, neque tunc primum
viuere incipiamus, cum desinendum est.

Plinius Cæcilius temporis parcissimus de
seipso: Venor aliquando, inquit, sed non sine
pugillaribus, vt, quamuis nihil ceperim, non
nihil referam *a*. Idem in ipso terræ motu (iam
suprà dictū memineras) more suo excerpfit.

Laudatissimā temporis auaritiā laborans
Cato Uticensis, sine libro curiam adire non
solebat, vt illud temporis, quo senatus coit,
fabulis non consumeret, otiosus non persede-
ret. Ita Valerio Maximo teste, codices Græ-
cos lectitabat, dum negotia publica seponi
librum iuberent *b*

Ea in legendo constantia Platonis fuit, vt
Sophronem poëtam Syracusium moriens
habuerit capiti suppositum. Ita nec extrema
quidē eius hora agitatione studij vacua fuit. *c*

Annæus Seneca, si veterum vilus, in tem-
pore studijs impendendo attentissimus: Eò
magis, inquit, indignor aliquos ex hoc tem-
pore (quod sufficere nec ad necessaria quidem
potest, etiamsi custoditū diligentissimè fue-
rit) in superuacua maiorem partem erogare *d*.
Ex hoc tempore tam angusto & rapido, & nos
auferente, quid iuuat maiorem partem mit-
tere

a Plin. l. 3. epist. epist. 36. sine, mihi pag. 335.

b Val. l. lib. 8 cap. 6.

c Val. 6. c. 2. Altero & octogesimo anno decessit
Plato. *d* Seneca epist. 49. mihi pag. 466.

tere in vanum? Heu irreparabilem temporis iacturam nemo deplorat; te omnium pretiosissimam luditur. Fallit autem illos, quia res incorporalis est, quia sub oculos non venit, id eoque vilissima aestimatur, imò pænè nullum pretium eius est. Nemo inuenitur, qui pecuniam suam diuidere velit; vitam vnusquisque quàm multis diuidit? hinc somno, hinc desideria, hinc voluptati & gulæ. Adstricti sunt in continendo patrimonio; simul ad temporis iacturam ventum est, profusissimi.

O Faustine, Tempori parce magis, quàm auro, magis quàm vllis gemmis. Fila aurea, minimas auri particulas, ramenta tenuissima anxie colligimus, tot aureas Temporis, non horas tantum, sed & dies, & menses sponte perdimus! Insania nimis luculenta, exitiosus planè furor. Abbas Dorotheus, ne quid temporis amitteret, dum corpus cibo reficiebat, librum semper iuxta se positum habebat, in quem identidem reflectebat oculos: eundem ad lectum ponebat, vt quàm primum se somno potuisset surripere, lectionem inchoaret. Rerum pretiosarum omnium multo pretiosissima, Tempus. Hic ego tibi & omnibus Siracide illud vel millies inclamem: Fili, conserua Tempus *a*. Caue vel minimam horulæ partem otiosè vmquam transigas; qui nihil agunt, mortui ambulant inter viuos, homines

a Eccli. c. 4. v. 23.

nes trioboli, pecus ignauum, inertes Lentuli,
qui hoc vnum nôrunt, Tempus perdere.

Iactura omnium non turpissima solum, sed
& damnosissima est temporis. Ad quam Ber-
nardus altè ingemiscens: Non aduertit infi-
piens, ait, quid amittat. Libet confabulari,
aiunt, donec hora prætereat *a*. Ea nimirum
hora, quâ totam æternitatem beatitudinis
licet emere. Non igitur, quod Siracides etiam
mones, defrauderis a die bono, & particula
boni doni non te prætereat *b*. Caue fures, sed
præcipuè Temporis, qui etsi velint, reddere
non possunt, quòd abstulerunt. Hinc pænè
quiuis nostrum crebrius iacturam temporis
deploret non ignoro metro:

Damna fleo rerum, sed plus fleo damna dierum;

Rex poterit rebus succurrere, nemo diebus.

Verissimè dixit Annæus philosophus: Ne-
mo annos, nemo tot dies optimos resti-
tuet, nemo iterum te tibi reddet *c*. Age sis,
Faustine, & incipe; Excerpe & Nota, para-
tibi supellectilem, quam temporis parsimo-
nia, si velis, mirificè ditabit. Intra non lon-
gum tempus sedulitatis tuæ carnes ingen-
tem quæstum. Sed agendum strenuè. Non-
numquam & nocti decerpendum aliquid,
legen-

a Bern. serm. de triplici custodiâ.

b Eccli. c. 14. v. 14.

c Seneca de Breuit. vita, cap. 9.

legendum, cogitandum, scribendum; lectum, cogitatum, scriptum memoriâ repetendum, nullum hæc segmen temporis per desidiam abijciendum, omnes horulæ partes occupandæ, nihil diei à labore vacuum transmittendum. Assiduè tecum volue, quod Græcis dicitur: Sumptuosissima iactura Tempus *a*. Sed eamus, mensa vocat. Dum imus, ne quid temporis perdamus, vnicum quod Annæus præcipit Lucilio, hoc ego tibi cognato meo: Ita fac, mi Faustine, vendica te tibi, & tempus, quod adhuc, aut auferebatur, aut surripiebatur, aut excidebat, collige & serua. Quædam tempora eripiuntur nobis, quædam subducuntur, quædam effluunt. Turpissima est iactura, quæ per negligentiam venit: & si volueris attendere, magna vitæ pars elabitur, malè agentibus *b*, maxima nihil agentibus *c*, tota aliud agentibus *d*. Quem mihi dabis, qui aliquod pretium temporis ponat? qui diem æstimet? Fac ergo, mi Faustine, quod facturum te recipis, omnes horas complectere.

a Πολυτέλεστον ἀνάλωμα χρόνος.

b In luxu, libidine, vitis.

c In otio, ignaviâ, somno.

d Occupati ubi non oporteat. Seneca epist. 1.

FINIS.



INDEX RERVM ET VERBORVM.

A.

Adolescentes plurimi multo praestantiores erua-
derent, seu Philologi seu Medici, seu Iuricon-
sulti si maturè ac sedulo excerpere inciperent. 72

Aduersaria quanam vocentur. 91. quidnam
in ijs annotandum. 91. ea conficiendi mo-
dus. 115. Index qua methodo instituendus.

129

Amen. 107

Antimachus Colophonius poëta. 110

Antiochus Rex. 195

Apum exemplo colligendum, excerpendum. 64

Aquila. 122

Arbores vino rigata. 118. **Arbor unica** excanata

Triclinium. *ibid.*

Aristarchus Grammaticus. 48

Aristoteles. 38

Auctores quinã legendi. 252. quomodo legendi.

270

Augustinus plurima scripsit volumina. 71

Aulus Gellius diligens in excerpando. 16

B.

Bacchanalia & eorum origo. 104

Bernardus. 43. eius laus. *ibid.*

Bombarda homine onusta. 143

Bucephalus equus Alexandri. 181

O

C. Cam-

lectum,
tendum,
defidiam
occupan-
smitten-
ræcis di-
us a. Sed
quid tem-
æus præ-
neo: Ita
tempus,
rripieba-
Quædam
m subdu-
na est ia-
& si volu-
itur, malè
s c, tota
, qui ali-
iem æsti-
turum te

óvos.

epist. 1.



INDEX RERVM

C.

C <i>Ampana mirabilis Ramiri.</i>	143
C <i>Catalogum Librorum Medicorum quisnam ediderit.</i>	160
<i>Carilus poëta indoctus.</i>	143
<i>Christi Salvatoris venditi pretiū quale fuerit.</i>	177
<i>Chorea.</i>	104
<i>Chrysippus.</i>	48
<i>Chrysanthus Sardinianus.</i>	ibid.
<i>Ciceronis assiduum in legendo studium.</i>	37
<i>Columba descriptio.</i>	125
<i>Conscientia.</i>	129
<i>Corui piscatores.</i>	118
<i>Cornelius à Lapide.</i>	47
<i>Concionator lectioni sedula incumbat. 279. symbolas in Dominicos & festos dies quomodo conficere debeat. ibid. quidnam obseruare debeat. 281</i>	
<i>Concionare debet, quæ ad mores. 289</i>	
<i>Concionatori sacro, monita. 290. Vnum sibi sumat quod persuadere dictione velit. ibid. Exordia breuia habeat. 293. tarde loquatur, nec voces precipitet. ibid. affectationem caueat. ibid. suis se auditoribus accommodet. 295. Inter dicendum bis terue animum colligat. 297. Concione aspergere potest eruditione profana litteratura. 298</i>	
<i>Concionem bis sedulo describat. 299. horam in Concionando non excedat. 303. diuisionem bonã faciat. 301. sibi ipsi primo persuadeat quod persuadere vult alijs. ibid. vitia reprehendens, neminem perstringat. 304. superbiam oderit. 303</i>	
	nemis;

ET VERBORVM.

neminem in Concionando imitetur. 304. Quod
dicit faciat. 305
Conciones varia, quae multum habent clamoris,
parum caloris. 289

D.

Delrij excerpta. 22. Eruditio. *ibid.* res gesta. *ibi.*
Librorum ab ipso scriptorum catalogus. 26
eius studendi ratio. *ibid.*
Demosthenis facultates. 181
Dydimus Grammaticus. 49

E.

Excerptare quid sit. 1. Excerptare praestat quam
Polyantheus fidere. 146
Excerptandi cura quod auersetur, ratio unica est
Odiu laboris & fuga. 79
Excerptorū necessitas. 3. Utilitas. 51. 80. prima, posse
de quacunque materia nominare auctores. 52.
Secunda, posse habere plurimam suppellectilem
ad dicendum e Cathedra 54. Tertia, posse pluri-
bus praesertim interrogantibus & instrui volen-
tibus prodesse. 55. Quarta, posse in multum tem-
pus partis viuere sine noui lucri accessione. 56
Quinta, posse habere ingens ad omne dictionis ac
scriptionis genus subsidium. 58
Excerptandum testimonio Plinij & Auli Gellij. 11
Lipsij. 17. Martini Delrij. 22. exemplo Pontani
30. plarorumq; omnium Eruditorum. 34. Testi-
monio Auctoris. 50
Excerptandum ob diuersas rationes. 59. prima
quod

INDEX RERVM

<i>quod Lectoris intentio, scribendi & annotandi curâ multum acuitur. 59. Altera, quia quod exscribitur intelligentiam profundius subit, menti que altius imprimitur. 60. Tertia, quia Excerpta & nota medicamentum obliuionis. ib. Quarta, quia plurima volumina cõmuni bono prodierunt ab vna excerptedi sollertia. 61. Quinta, quia & sapiens Hebraus eo sine ad apiculas nos ablegat. 63. Sexta, quia excerpta nobis instar Bibliotheca sunt. 66. Septima. Quia omnes Eruditi & sapientes id suadent, & exemplo suo praeiuerunt.</i>	57
<i>Excerptendi modus variorum. 16. Auctoris. 90. quibus illo vti possint Philosophi, Mathematici, Medici, Iurisconsulti, Theologi.</i>	159
<i>Excerpta rei nummaria.</i>	171
<i>Eusebius Casariensis.</i>	49
F.	
F <i>Austi vites.</i>	136
F <i>Facetiarum industria singularis.</i>	189
F <i>Flamma sanctorum Reuerentes.</i>	140
F <i>Fortuna ludibriam.</i>	134
F <i>Fortunata Infula.</i>	128
G.	
G <i>Alenus.</i>	40
G <i>Gordianus Infans.</i>	282
G <i>Gribaldi Iurisconsulti dictum de excerptendi cura.</i>	162
G <i>Gula victoria.</i>	141
	H. Hip-

ET VERBORVM.
H.

H ippocrates.	40
H ieronimus.	42
Historicorum in classe quam collocanda.	91
Historica quomodo excerpenda. 133. eorum Index: quomodo ordinandus. 142. Historici quinam legendi.	258
Honor, Ambitus, Tituli.	226
Hugonis Excerpta. 35. Libri.	36

I.

I ndustria varia singulares. 171. conficiendi Epithomen in varios auctores. 213. Facetias excerpenti. 189. rem nummariam. 171. duplici ordinis profana & sacra. 221. locos communes soluta ac ligata orationis. 223. Verba & sententias 232. Miscellam Eruditionem.	238
Inimicorum amor.	108
Inuentio quanti sit.	136
Iudicium Extremum. 106. Iudicium Temerarium. 107. particulare ibid. Iudicia Dei occulta. ibi.	
Iuriconsulto qua ratione excerpendum. 161. quinam. Libri legendi.	165

L.

L achrymae 93. Lachrymarum dono diuites. 99	
Lachrymae pie Sanctorum.	ibid.
Lectio auctorum qualis esse debeat. 270. Lectores otiosi quinam.	79
Leges Excerpenti 86. Mature: ibid. cum Iudicio. 87. Assidue. ibid. notandi digna eligere. 38. ex-	

O 3

scripta

otandi
a quod
subit,
a. quia
nis. ib.
ni bono
Quin-
piculas
s instar
es Eru-
uo pra-
57
90. quē
Medi-
159
171
49

136
189
140
134
128

40
282
ndi cu-
162
141
H. Hip-

INDEX RERVM

- cerpta horis subseciuis relegere. ibid. Ediscere
 quaedam 89. Finem studiorum attendere. ibid.
 Lemmata quaedam appellentur. 90. Eorum species
 92. Modus. 92. 100. Eorum index qua ratione
 disponendus. 108. ad ea reducenda, qua quisque
 studijs suis & opportunissima & utilissima cen-
 fuerit relictis nugis. 109
 Liberalitas in pauperes. 134
 Libro imprimere notas ungue, pagella auricu-
 lam inflectere, atramento aut minio qua pla-
 cent inducere, sordida pigritia est. 77
 Lipsij studium. 18. ab ipso editi libri. ibid. excer-
 pta. 19
 Louaniensium pugna pro duce suo Infante in cu-
 nis. 281
 Luscinia descriptio. 116*

M.

- M** *Athematica studioso quam discenda. 265.
 quinam auctores legendi. 266
 Mercurius Trismegistus. 49
 Medicina studiosus quos auctores legere debeat. 152
 267. quomodo excerpere debeat. 154
 Memoria vis. 4. huius custodes, Nota & excerpta.
 4. 60. eius labes. ibid. Est stomachus animi. ibid.
 necessarium bonum. 6. adiumenta eius. 274.
 foelicissima qui fuerint. 6. 71
 Milites Romani quantum oneris ferre debue-
 rint. 74
 Minuta. 246
 Mures Fures. 119
 Nemo*

ET VERBORVM.

N.

N emo laeditur nisi à seipso.	107
Nebula dulciaria.	136
Nummaria rei excerpta.	171

O.

O bjectiones contra Excerptendi solertiam.	68
Operta omnia tandem aperta.	141
Oratori quinam Auctores legendi.	260

P.

P Auo.	123
Pesantius scriptor laudabilis, uniuersam Theologiam scholasticam uno Tomo complexus est.	269
Pocula.	240
Poëta quos legere auctores debeat.	254
Philetas Cœus.	172
Politica studioso quinam Auctores legendi.	266
Philosophus quorum se lectioni dare debeat.	168.
264. quomodo excerptere.	170
Plinij assiduum in excerptendo studium. 13 Summa fuit ei temporis parsimonia. 14. perire omne tēpus putabat, quod studijs non impertiretur. 15	
Pontani laudes. 31. Excerpta.	32
Psittaci descriptio.	124

R.

R esurrectio.	100
Rosa Elogium.	20
Rosa Hierichuntina.	121

S.

S Achini dictum de excerptendi cura.	80
Sapi-	

INDEX RER. ET VERB.

<i>Sapientia necessaria oratori, & illa quâ viâ parari queat.</i>	279
<i>Sannazarij excerpta. 35. versiculi de Venetijs</i>	178
<i>Salmeronis laus.</i>	46
<i>Stipendium militare quodnam olim fuerit.</i>	182
<i>Suarez.</i>	46

T.

T <i>Emporis parsimonia. 15. 307. Tempus multū perdūt legendo plurimū, excerpando nihil. 79</i>	
<i>Thesauri ad exstructionem templi Hierosolomitani collati.</i>	184
<i>Theologia studioso quinam auctores legendi.</i>	269
<i>Theophrastus.</i>	63
<i>Theodosius Iunior.</i>	59
<i>Thomas de Aquino. 44. eius laus.</i>	ibid.
<i>Tostatus. 45. eius laus.</i>	ibid.
<i>Transfuga Crucifixi.</i>	135
<i>Tractatus Tractatum Liber utilissimus.</i>	164
<i>Tributa Romanorum 179. Darij.</i>	ibid.
<i>Turca vinum non bibunt presente spectatore. 84</i>	

V.

V <i>Arnonis Infiniti Libri.</i>	49
<i>Valteriola dictum de excerpenti cura.</i>	158
<i>Vindicta diuina.</i>	138
<i>Virgilij Excerpta.</i>	34
<i>Voracitas Vgocionis. 138. & aliorum.</i>	ibid.
<i>Vnum.</i>	248
<i>Vua ambulans. 81. Vuas quomodo Turca seruare soleant. 84. Vua grandes 85. pensiles.</i>	ibid.

Z.

<i>Zoroastres Persa.</i>	48	A P.
--------------------------	----	------

APPROBATIO

R. P. Prouincialis.

L VCVBRATIONEM P. Hieremia
Drexelij, cui titulus est, Aurifodina Ar-
tium & Scientiarum, quia ab omnibus Cen-
soribus luce digna habetur, etiam ego VVolf-
gangus Grauenegg, Soc. IESV per Superiorum
Germaniam Praepositus Prouincialis approbo,
& potestate ab Adm. R. P. Nostro Praeposito
Generali, Mutio Vitellesco, mihi datâ, vt pu-
blici iuris fieri possit, auctori copiam his præ-
sentibus facio. Quibus in rei fidem nomen
meum subscripsi, & officij mei sigillum appres-
si. Dilingæ 12. Ian. 1638.

Wolfgangus Grauenegg.

para-

279

is 178

46

182

46

multi

hil. 79

omita-

184

269

63

59

ibid.

ibid.

135

164

ibid.

ore. 84

49

158

138

34

ibid.

248

eruare

ibid.

AP-

Typographus ad Lectorem.

Ignosces spero beneuole Lector, (siquidem errare humanum est) erroribus nostris, atque eapropter rogatus sis, antequam lectioni incumbas, errores hosce nostros stilo corrigere digneris. Fateor, quod hoc opusculo bono publico seruire, tuoque satisfacere desiderio festinauerimus nostrorum hic errorum causam fuisse.

Errata ergo sic corrige.

Pag. 17. lege Triumuiros. pag. 20. compararim. 23. helluo, parentem. pag. 30. Omnia. 32. volumina Eruditionum. 36. Militia. 39. Sititor. 43. rarum. pag. 45. lege, non negandum. 46. lege, sole calentes. 51. auarissimus. 57. Pistoris. 65. otiamur. 69. lege, dico nec hoc ipsum. 77. ab indicibus. 89. omnem. 91. obseruant. 109. quæ quærit. 117. Luscinio læne. 119. pisciculos. 121. fontem. 123. pecora, animatum. 124. auolantis. 125. maledicta. 126. apis. 127. vice. 131. Hæc. 137. cultro. 138. prudenti. 141. Kunigunde. 143. ferunt. 150. Capillitium. 153. morbum. 157. Tuffis. 180. septingentes. 200. simium. 202. Tori. 206. Impium. 233. fortem.

F I N I S.

3.

m errare
eapropter
, errores
eor, quod
atisfacere
errorum

ararim. 23.
volumina
43. rarum.
alentes. 51.
lege, dico
m. 91. ob-
ne. 119. pis-
. 124. auo-
. Hæc. 137.
43. ferunt.
is. 180. fe-
. Impium,



Ta 1/36

ULB Halle
003 550 362


3



Pou. dig.

WONA


M



da-
faxa
unt,
nia,
ant.
nsos
bar-
im-
is, in
iculo
ni-
non
nue-
que
uod
t, ut
ij. c
sra-
alla?
ad-
fa-
ssio-
quit,
nt à
dia.

Ab

pac
li-
bo-
tuo
oc,
ris.
m,
ip-
di-
flâ.
sa,
on-
ces.
m-
ndi
Ne
ex-
pre.
um
reui
s est
s &
m-
ollo-
adis
i &
Me-
bru-
rus,
in



Centimetres

KODAK Color Control Patches

© The Tiffen Company, 2000

Kodak

LICENSED PRODUCT

Blue Cyan Green Yellow Red Magenta White 3/Color Black

